This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

LL
820
07
K41

B 1,220,103

DE

ORPHEI EPIMENIDIS PHERECYDIS

THEOGONIIS QUAESTIONES CRITICAE

SCRIPSIT

OTTO KERN.

BEROLINI
LIBRARIA NICOLAI R. STRICKER
MDCCCLXXXVIII


ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR

BL
820
.07
K41

DE

ORPHEI EPIMENIDIS PHERECYDIS

THEOGONIIS QUAESTIONES CRITICAE

SCRIPSIT

OTTO KERN.

1863

BEROLINI
LIBRARIA NICOLAI (R. STRICKER)
MDCCCLXXXVIII.

ERNESTO CURTIUS

HERMANNO DIELS

CAROLO ROBERT

PIETATIS ERGO.

154317

CAPUT PRIMUM.

DE THEOGONIIS ORPHICIS.

Lobeckius, vir immortalis memoriae, postquam in Aglaophami sui parte altera theogoniae Orphicae dispersas reliquias collegit disposuit emendavit, paucos invenit, qui vel probata defenderent vel incohata perficerent. Immo plerique in Zoëgae [1]) opinione acquiescere maluerunt, qui Orphicorum theogoniam rhapsodicam (*τὴν ἐν ταῖς φερομέναις ῥαψῳδίαις Ὀρφικαῖς θεολογίαν* Damasc. de prim. princ. p. 380 K.), quam ille saeculo a. Chr. sexto notam fuisse censet, in Christianorum saecula detrudebat. Inter eos qui Lobeckii rationes hac aetate acerrime refutare studebant, eminet et acuminis et doctrinae laude Paulus Schusterus (de veteris Orphicae theogoniae indole atque origine diss. Lips. 1869), qui plurimorum nunc assensum tulisse videtur. Cum hoc igitur viro imprimis res erit mihi, qui Lobeckii immerito spretam sententiam iam vindicare et contra obtrectatorum commenta stabilire in me receperim, ut tandem aliquando apertum fiat, quam recte de rhapsodiarum indole et aetate is iudicaverit, qui fragmentorum immensam molem primus collegit ac digessit [2]). Priusquam autem causas a Schustero

---

[1]) *Georg Zoëgas Abhandlungen. Herausgegeben und mit Zusätzen begleitet von F. G. Welcker* Gottingae 1817 p. 211 ss.

[2]) Typothetae hunc libellum tradituro ecce mihi adfertur O. Gruppii liber: *Die griech. Culte und Mythen in ihren Beziehungen zu den orientalischen Religionen I Einleitung* Lipsiae 1887, cuius extrema pars agit de theogoniis Orphicis. Quare in adnotationibus tantum afferre possum, quae Gruppius in hac quaestione seu profecisse seu minus recte statuisse videtur. In eo autem vehementer cum eo consentio, quod Rhapsodiarum theogoniam iam sexto a. Chr. saeculo extitisse iudicat.

contra Lobeckium prolatas accurate examinabimus atque eruere conabimur, quo fere tempore Rhapsodiarum theogonia confecta sit, e re erit demonstrare, quae fuerit huius theogoniae indoles ac progressus. Nam fragmenta in Aglaophamo mira cum sollertia collecta non tam dilucide disposita sunt, ut facile rationem eius qui hoc carmen condidit perspicere possimus. Itaque hic non omnia fragmenta congeram, sed ea tantum afferam, quae ad theogoniae summam intellegendam necessaria sunt, atque cum ea quae a Schustero contra Lobeckium prolata sunt imprimis ad priores theogoniae partes pertineant, de exordio potissimum Rhapsodiarum accurate dicemus. De ceteris mox alio loco me fusius acturum esse spero. Summo autem iure a Lobeckio omnes theogoniae Orphicae versus qui apud Neoplatonicos inveniuntur Rhapsodiarum carmini a Damascio lecto adscriptos esse omnes consentiunt, cf. Schusterum p. 2, Gruppium p. 635.

Initium capiunt Rhapsodiae a Chrono, tempore illo infinito, sine quo nulla res quae creata est cogitari potest[3]). Locus longe gravissimus invenitur apud Damascium l. l. *ἐν μὲν τοίνυν ταῖς φερομέναις ταύταις ῥαψῳδίαις Ὀρφικαῖς ἡ* (Marc.) *θεολογία δή* (Cod. Oxon. fol. 155 Bentleii sec. Koppium, *δέ* Marc.) *τίς ἐστιν ἡ περὶ τὸ νοητόν, ἣν καὶ οἱ φιλόσοφοι διερμηνεύουσιν, ἀντὶ μὲν τῆς μιᾶς τῶν ὅλων ἀρχῆς τὸν χρόνον τιθέντες* .... Lob. 483, Abel fr. 48. 50[4]). Hunc autem deum

---

[3]) Procl. in Plat. Parmen. VII 230 p. 953 Stallbaum *χρόνος δὲ ὑπὸ Ὀρφέως ὀνομάζεται κατὰ δή τινα θαυμαστὴν ἀναλογίαν. γενέσεις γὰρ ὁ θεολόγος τῶν ἀγεννήτων μυστικὰς παραδοὺς καὶ τὸ αἴτιον τῆς ἐκφάνσεως τῶν θείων (θεῶν?) χρόνον συμβολικῶς ὠνόμασεν· ὅπου γὰρ γένεσις, ἐκεῖ καὶ χρόνος* cf. eundem in Plat. Crat. 71 Boisson., in Tim. 86 B p. 202 Schn., cf. Lobeckium Agl. 470 Abelii Orphica (Lips. 1885) fr. 50. Similia de Homeri Saturno Heracl. Alleg. Hom. p. 86 s. Mehler.

[4]) Ut fere omnes Neoplatonicorum libri hodie neglecti ac librariorum vitiis obruti iacent, sic Damascii Quaestiones de primis princ.

principem *Χρόνον* non *Κρόνον* dici iamdudum a Zoëga (*Abhdlg.* 229) intellectum est, ita ut omnes loci ad Rhapsodiarum initium pertinentes ubi in codicibus *Κρόνος* legitur corrigendi sint velut Dam. 147 K. (fr. 53 Ab.), cf. Lobeckium Agl. 470. 475. 482[5]).

Pergit Damascius *ἀντὶ δὲ τοῖν δυοῖν ἀρχαῖν αἰθέρα καὶ χάος τιθέντες.* Gravior autem hic Simplicii locus est in Aristot. Phys. p. 528, 13 Diels: *Ἡλοῖ δὲ (Χάος Ἡσιόδου) οὐ χώραν ἀλλὰ τὴν ἀπειροειδῆ καὶ πεπληθυσμένην τῶν θεῶν αἰτίαν, ἣν Ὀρφεὺς χάσμα πελώριον ἐκάλεσε. μετὰ γὰρ τὴν μίαν τῶν πάντων ἀρχὴν, ἣν Ὀρφεὺς Χρόνον ἀνυμνεῖ ὡς μέτρον οὖσαν τῆς μυθικῆς[6]) τῶν θεῶν γενέσεως, αἰθέρα καὶ τὸ πελώριον χάσμα προελθεῖν φησι, τὸν μὲν τῆς περατοειδοῦς προόδου τῶν θεῶν αἴτιον, τὸ δὲ τῆς ἀπειροειδοῦς. καὶ λέγει περὶ αὐτοῦ·*

οὐδέ τι πεῖραρ[7]) ὑπῆν, οὐ πυθμὴν οὐδέ τις ἕδρη.

(*ἀπορίαι καὶ λύσεις περὶ τῶν πρώτων ἀρχῶν*) a Koppio anno 1826 tam prave editae sunt, ut in dies vehementius atque ardentius nova editio ab Aemilio Heitzio praeparata desideretur. Cf. Carol. Odofr. Müllerum *Gött. Gel. Anz.* 1829 p. 397. Quod nonnullis locis ego codicis archetypi (Marc. 246) lectiones praebere possum, hoc velim referant ii qui hanc commentationem legent ad HEITZII benevolentiam insignem, cui hoc loco etiam publice summas agere gratias mihi liceat. De duobus Damascii codicibus bibliothecae Marcianae confer praeter Heitzium in commentationibus Argentoratensibus in honorem Eduardi Zelleri 1884 p. 12 ss. A. Jordan Herm. XIV 262 ss., Ruelle *Notice du codex Marcianus 246 cont. le traité du philosophe Damascius Mélanges Graux* 547 ss. — Heitzio quoque debentur nova quaedam Orphicorum fragmenta quae ex Damascii libro inedito in cod. Marc. 246 servato excerpsit et ut primus ederem benigne concessit cf. Ruelle *Révue archéol. Nouv. Série I (1860) p. 180 ss., 250 ss., 307 ss., III (1861) p. 488.*

[5]) Cf. Procl. in Crat. 64 Boisson. (Agl. 470): *Ἀναλογεῖ γὰρ αὐτῇ (τῇ μιᾷ τῶν πάντων αἰτίᾳ ὁ Κρόνος) μόνον, ὡς καὶ Ὀρφεὺς τὴν πρώτην πάντων αἰτίαν Χρόνον καλεῖ ὁμωνύμως σχεδὸν τῷ Κρόνῳ* (Abel fr. 50).

[6]) Fortasse *μυστικῆς* cf. Procl. in Parm. VII 230 p. 953 Stallb. (cf. adnot. 3): *γενέσεις γὰρ ὁ θεολόγος τῶν ἀγεννήτων μυστικὰς παραδοὺς.*

[7]) *πεῖρας* Procl. in Parm. VI 101 p. 874 Stallb. — *πέρας* idem in Tim. 117 D p. 276 Schn.

Cf. Procl. in Tim. 117 C p. 276 Schn. Lob. 472, Abel fr. 52 [8]).

Quo autem modo Chaos et Aether cum primo illo infinito Tempore coniuncta fuerint, ex his locis intellegi nequit; nam cave ne nimis tribuas Simplicii verbis *μετὰ γὰρ τὴν μίαν τῶν πάντων ἀρχὴν .... αἰθέρα καὶ τὸ πελώριον χάσμα προελθεῖν*. Semper enim id student Neoplatonici, ut ante principiorum dyadem unum principium extare demonstrent. Cuius erroris sive fraudis exempla tria exhibebo. Pherecydis Syrii theogoniae exordium extat apud Laertium Diogenem I 119 *Ζὰς μὲν καὶ Χρόνος ἦσαν ἀεὶ καὶ Χθονίη* (cf. caput tertium). Damascius autem quamvis agnoscat aeternam huius triadis naturam, tamen Eudemi verbis (*Φερεκύδης δὲ ὁ Σύριος Ζάντα μὲν εἶναι ἀεὶ καὶ Χρόνον καὶ Χθονίην* [Eudemi fragmenta a Spengelio iterum edita p. 170 fr. CXVII] p. 384 K.) suam addit hanc interpretationem: *τὰς τρεῖς πρώτας ἀρχάς, τὴν μίαν φημὶ πρὸ τῶν δυοῖν, καὶ τὰς δύο μετὰ τὴν μίαν*. Alterum exemplum invenitur apud eundem p. 384 K. (Eudem. p. 172 fr. CXVII Sp.), ubi de Magis disserit. Ubi denique ante duo principia unum deesse illis videtur velut in theogonia Epimenidea, addit Damascius p. 383 K. (Eudemi fr. p. 170): *δηλονότι σιγῇ τιμήσαντα τὴν μίαν πρὸ τῶν δυοῖν*.

Ex illis igitur locis ubi Chronum ante Aethera et Chaos ortum esse Neoplatonici testantur nihil lucramur. Plus autem lucis afferre videtur alius Damascii locus p. 381 ubi legitur *οὗτος γὰρ ἦν ὁ πολυτίμητος ἐν ἐκείνῃ* (sc. in Rhapsodiis cf. Schusterum p. 83 adn. 1) *Χρόνος ἀγήραος* [9]) *καὶ Αἰθέρος καὶ Χάους πατήρ*. Quae si recte a Neoplatonico relata sunt, pro certo statui potest in Rhapsodiis Aethera et Chaos a Chrono progeneratos esse, sicut adhuc omnes viri

---

[8]) Cf. Hesiodi theog. v. 386 s. de Stygis ac Pallantis stirpe:

τῶν οὐκ ἔστ' ἀπάνευθε Διὸς δόμος, οὐδέ τις ἕδρη
οὐδ' ὁδός, ὅππῃ μὴ κείνοις θεὸς ἡγεμονεύῃ.

[9]) Formae vulgatae *ἀγήρατος* (e. g. apud Koppium et Abelium) Lobeckius 485 adn. poeticam formam *ἀγήραος* praefert, quam coniecturam cum cod. Marciani lectione prorsus consentire me docuit Heitzius.

docti Damascium secuti censuerunt. Attamen summa cautio necessaria est; nam maiora etiam eis quae modo dixi a Neoplatonicis peccantur. Suum enim in usum theologorum antiquissimorum versus levissime ita interpretantur, ut res seiunctas contrahant, coniunctas distrahant. Quae res ut illustretur tria iterum exempla afferam, quia theologorum veterum doctrinas non prius accurate enucleari posse credo, quam Neoplatonicorum, qui soli fere illa servarunt, rationes penitus perspexerimus[10]).

Apud Dam. p. 383 K. (Eudem. fr. CXVII p. 170 Sp.) de Acusilai cosmogonia haec leguntur ex Eudemo excerpta: *Ἀκουσίλαος δὲ χάος μὲν ὑποτίθεσθαί μοι δοκεῖ τὴν πρώτην ἀρχήν, ὡς πάντῃ ἄγνωστον, τὰς δὲ δύο μετὰ τὴν μίαν, Ἔρεβος μὲν τὴν ἄρρενα, τὴν δὲ θήλειαν Νύκτα, ταύτην μὲν ἀντὶ* (om. Spengelius) *ἀπειρίας, ἐκείνην δὲ ἀντὶ πέρατος· ἐκ δὲ τούτων φησὶ μιχθέντων αἰθέρα γενέσθαι καὶ Ἔρωτα καὶ Μῆτιν, τὰς τρεῖς ταύτας νοητὰς ὑποστάσεις, τὴν μὲν ἄκραν αἰθέρα ποιῶν, τὴν δὲ μέσην Ἔρωτα κατὰ τὴν φυσικὴν* (*φυτικὴν* Speng.) *μεσότητα τοῦ ἔρωτος, τὴν δὲ τρίτην Μῆτιν κατ' αὐτὸν ἤδη τὸν πολυτίμητον νοῦν.* Cum his vehementer discrepare quae ex eiusdem theogonia apud schol. Theocr. id. XIII, 1 (cf. schol. Ap. Rhod. III 26 p. 450, 33 Keil.) de Amoris parentibus leguntur omnes agnoscunt (Sturzius, Acusilai fragmenta XXIX p. 222): *ἀμφιβάλλουσι τίνος υἱὸν τὸν Ἔρωτα ⟨χρὴ νομίζειν⟩. Ἡσίοδος μὲν ἐκ Χάους καὶ Γῆς*[11]) *Σιμωνίδης Ἄρεως καὶ Ἀφροδίτης, Ἀκουσίλαος Νυκτὸς καὶ Αἰθέρος Σαπφὼ Ἀφροδίτης ⟨ἢ Γῆς⟩ καὶ Οὐρανοῦ;* cf. Wilamowitzii Antigonum Carystium p. 70.

Ut Neoplatonici omnia triadibus contineri putant[12]), ita in eis quae Damascius de Acusilai cosmogonia refert

---

[10]) Triadum rationem quam Damascius secutus videtur esse, fusius exposuit Gruppius p. 634.

[11]) Facile perspicimus Crantoris errorem vel eius qui hunc catalogum confecit, cf. Wilamowitzii Antigonum p. 70.

[12]) Hoc imprimis cadit in Proclum (Zelleri Hist. phil. gr. III 2³, 787 ss.) et Damascium (cf. eundem l. l. 837 ss.).

huius rei luculentum invenitur exemplum. Habes enim illic Amorem Noctis et Aetheris filium, de qua prosapia non est quod dubitemus. Damascius vero duas hinc triadas efficit, cum Aethera Amoris patrem per triadem cum filio arte coniungit et Amorem duas in personas distrahit; nam verisimillimum est *Μῆτιν* non esse deam illam Hesiodeam, quae Iovis coniux multo post progeneratur, sed Amorem ipsum, quem Orphicorum Rhapsodiae Phanetem aut Metin aut Ericapaeum dicunt (cf. infra). Nihil autem dubii relinqui facile tibi persuadebis, si ea contuleris, quae de hoc Rhapsodiarum deo Damascius p. 380 docet *εἰς δὲ* (Marc.) *τὴν τρίτην (Ὀρφικὰς ῥαψῳδίας τελεῖν) τὸν Μῆτιν ὡς νοῦν* (Marc.) *τὸν Ἠρικαπαῖον ὡς δύναμιν, τὸν Φάνητα αὐτὸν ὡς πατέρα*[13]).

Similiter idem p. 382 (fr. 48 Ab. cf. fr. 36), ut triadem suam efficiat, ovum in duas partes distrahit, triadis autem tertium membrum Phanetem esse statuit.

Tertium exemplum quo Neoplatonicos paulo liberius theogoniarum argumenta tractasse demonstratur hunc Hermiae locum (comm. in Plat. Phaedr. p. 144 Ast. fr. 60 Abel.) eligo, ubi de theogoniae Orphicae tribus Noctibus disserit: *τὴν μὲν πρώτην μαντεύειν φησίν, ὅ ἐστι τῆς ἐπιστήμης, τὴν δὲ μέσην αἰδοίαν καλεῖ, ὅ ἐστι σωφροσύνης, τὴν δὲ τρίτην ἀποτίκτειν φησὶ τὴν δικαιοσύνην.* De *Νυκτὸς τάξεσιν* alios quoque Neoplatonicos loqui video velut Proclum in comm. ad Plat. Crat. p. 52 Boisson. (Lob. 534), sed haec mitto, quia nec gravia sunt neque arcessita a Schustero, qui uno illo Hermiae loco p. 22 incaute nititur. At obsecro quid ille sibi vult? Ternas noctes discernit, quarum prima *μαντεύουσα* Phanetis dei primigenii filia est. Et altera *αἰδοία* nonne plane eiusdem est stirpis, itemque tertia? Quis enim Schustero credat, qui tertiam Noctem naturalem vult esse, quam diem cottidie excipere videmus? Immo sapienter dicit Lobeckius 503: 'de ternis Noctibus quod dicit vanum sine dubio commentum est.' Nam ad alia nos ducit Proclus qui in Tim.

---

[13]) Hoc quoque loco (cf. adn. 9) Lobeckii emendationes p. 483 codicis Marciani lectionibus egregie comprobantur.

96 BC p. 226 Schn. (fr. 126 Ab.) de *Νόμῳ* dicit: *Καὶ τὸν Νόμον αὐτῷ (δημιουργῷ* i. e. *Διί) συγκαθιδρύων, ὥςπερ καὶ Ὀρφεύς· κατὰ γὰρ τὰς ὑποθήκας τῆς Νυκτὸς καὶ παρ' ἐκείνου πάρεδρον ποιεῖται τὸν Νόμον· ἔτι δὲ τὴν Δίκην ὅλην ὀπαδὸν αὐτοῦ τιθέμενος (Πλάτων) ἐν Νόμοις, ὥςπερ καὶ ὁ θεολόγος.* Vides igitur *Νόμον* cum Nocte in theogonia Orphica coniunctum fuisse. Platonis autem ipsius testimonio nondum abutor, cui posterior datus est locus. Sufficiunt autem iam ea quae attuli ad Hermiae nugas detegendas; satis est eius verba repetere de tertia Nocte: *τὴν δὲ τρίτην ἀποτίκτειν φησὶ τὴν δικαιοσύνην* ac considerare, quid de *Νόμῳ* et *Δίκῃ* Orpheus secundum Proclum dixerit. Apud hunc enim tertia Nox eadem est ac duae quae antecedunt, atque *Νόμος* et *Δίκη* non Noctis liberi sunt sed *πάρεδροι* et *ὀπαδοί*. Omnia igitur apud Hermiam confusa sunt ita ut totam argumentationem quae hoc Hermiae loco nititur perversam esse in propatulo sit.

Haec sufficiunt ad illustrandam Neoplatonicorum rationem, infra alia exempla addemus. Maxime autem in his rebus Damascius peccat qui omnia quae de theologis antiquissimis apud Eudemum invenerat suum in usum sive contrahit sive dirimit.

Quae cum ita sint, multa suadent ut eis quae de Chao et Aethere a Chrono progeneratis apud Neoplatonicos leguntur caute utamur. Offendimur enim imprimis in eo quod Chronus Chaos et Aethera progenerat, ut ex eis ovum mundanum de quo mox fusius dicemus efficiat. Cur poeta Orphicus duo illa principia Chroni stirpem esse voluerit haud intellegitur. Cur Chronus non statim ovum generat? Porro nulla extat theogonia, in qua Chaos, si proprie dicitur, non ab omnium rerum initio positum sit. Ac monendum est Meinekium F. C. G. I 318 de Antiphanis theogonia[14]) quae

[14]) Irenaeus c. Haeret. II 14 (19): 'Multo veri similius et gratius de universorum genesi dixit unus de veteribus comicis Antiphanes in Theogonia. Ille enim de Nocte et Silentio Chaos emissum dicit, dehinc de Chao et Nocte Cupidinem et ex hoc lumen, dehinc reliquam

dicitur recetissime adnotare: 'Enimvero ut mittam, graecae cosmogoniae auctores Chaos omnium rerum principium posuisse . . . .' Nonne omnia multo clariora sunt, si a mundi initio Chronus et Chaos et Aether erant? Adde quod similiter in omnibus fere theogoniis, de quibus certiora statui possunt, omnium rerum initium describitur. Velut ex tribus vel quattuor principiis mundus fit in theogoniis Hesiodi Epimenidis Pherecydis Acusilai. At ne quis Orphei Argonauticorum versibus 12 ss. ea quae dixi refellere conetur, versus ipsos examinare necesse est. Prius cecinerat Orpheus

ἀρχαίον μὲν πρῶτα χάους ἀμέγαριον Ἀνάγκην,
καὶ Χρόνον, ὡς ἐλόχευσεν ἀπειρεσίοις ὑπὸ κόλποις
Αἰθέρα καὶ διφυῆ περιωπέα[15]) *κυδρὸν Ἔρωτα*
Νυκτὸς ἀειγνήτης πατέρα κλυτόν, ὅν ῥα Φάνητα
ὀπλότεροι καλέουσι βροτοί· πρῶτος γὰρ ἐφάνθη.

Chaos igitur et Chronus principia sunt. Aether et Amor a Chrono progenerantur. Rhapsodias autem a poeta qui Argonautica conscripsit respici elucet atque etiam clarius elucebit, si quae de Nocte Phanetis filia exponam perlegeris. Sed paulo liberius antiqua illa theogonia Argonautica utuntur, nam desideras ovum quod a Chrono fit. Contra si quis ex his versibus Aethera in rhapsodiis quoque Chroni filium esse concludat, quid tandem de Chao fit, quod omnium rerum initium posuit Argonauticorum auctor? At ne ullus haereat scrupulus, praeter Michaelem Ephes. in Aristot. Met. XIV 301 (fr. 85 Ab.), qui *πρῶτον μὲν* inquit *κατ' Ὀρφέα τὸ Χάος*, audi Ioannem Malelam Chron. IV p. 73. 74 (Suidas s. v. *Ὀρφεύς* Cedrenus I 57 et 84) fr. 52 Abel: *καὶ ἄλλους δὲ πολλοὺς περὶ τούτου εἶπε στίχους ὁ αὐτὸς Ὀρφεύς. ἔφρασε*

---

secundum eum primam deorum genesin.' Ea autem quae Meinekius l. l. de huius loci consensu cum Aristophanis Avium versibus 693 ss. exposuit probari nequeunt.

[15]) *περιωπέα* codd. *πυρσωπέα* G. Hermannus *πυριωπέα* Abelius, cf. Diodor. I 11, 3 *Κύμολπος μὲν ἐν τοῖς Βακχικοῖς ἔπεσί φησιν· ἀστροφαῆ Διόνυσον ἐν ἀκτίνεσσι πυρωπόν.* At adiectivum *περιωπής* Phanetis figurae valde convenire ex eis apparebit quae infra afferemus, quamquam hoc uno loco extat.

δὲ ὡς ἐκ τῶν προειρημένων στίχων ποιητικῶν ἐξέθετο· καὶ οὐκ ἐνεδέχετο ἐντάξαι τὸ πλῆθος τῶν στίχων ἐν τῇ συγγραφῇ ταύτῃ. ἔστι δὲ ἅπερ ἐξέθετο Ὀρφεὺς ταῦτα, ὅτι ἐξ ἀρχῆς ἀνεδείχθη τῷ Χρόνῳ ὁ Αἰθὴρ ὑπὸ τοῦ θεοῦ δημιουργηθεὶς καὶ ἐντεῦθεν κἀκεῖθεν τοῦ Αἰθέρος ἦν Χάος, καὶ Νὺξ ζοφερὰ πάντα κατεῖχε καὶ ἐκάλυπτε τὰ ὑπὸ τὸν αἰθέρα, σημαίνων τὴν Νύκτα πρωτεύειν, εἰρηκὼς ἐν τῇ αὐτοῦ ἐκθέσει ἀκατάληπτόν τινα καὶ πάντων ὑπέρτατον εἶναι καὶ προγενέστερον δὲ καὶ δημιουργὸν ἁπάντων καὶ τοῦ Αἰθέρος αὐτοῦ καὶ τῆς Νυκτὸς καὶ πάσης τῆς ὑπὸ τὸν αἰθέρα οὔσης καὶ καλυπτομένης κτίσεως, τὴν δὲ γῆν εἶπεν ὑπὸ τοῦ σκότους ἀόρατον οὖσαν. Schusterus p. 93 haec non ex Rhapsodiis sed ex Hellanici theogonia (Dam. p. 381 cf. infra) sumpta esse censet, cui ut respondeam res postulat. Dicit enim verba ipsa et quae apud Suidam sequuntur hoc demonstrare. Prorsus aliter de hac re iudico. Ut silentio praetermittam, quod alias Byzantini aevi scriptores haud dubie Rhapsodias sequuntur, hoc loco, ubi Timothei chronographi quodam libro se usum esse Cedrenus dicit (Agl. 581), Christianorum dogmatum vestigia extare iamdudum animadversum est (Zoëgae *Abhdlg.* 227 ss. Schoemanni op. ac. II 14 adn. 20). Religionem Mosaicam sapiunt verba quae supra attuli. Sed multo clarius doctrina Orphica elucet. Ex eo autem qui Schusteri rationes laudat duas res quaero: ubinam in Hellanici theogonia extat Nox ad quam apud Byzantinos omnia referuntur, ubinam contra in Byzantinorum memoria *ὕδωρ* quod Hellanico erat *ἐξ ἀρχῆς?* At graviora illa: non primus vidi (cf. Agl. 474) verbis *καὶ ἐντεῦθεν κἀκεῖθεν τοῦ Αἰθέρος ἦν Χάος* significari illum versum

καὶ μέγα χάσμα πελώριον ἔνθα καὶ ἔνθα,

quem in Orphei rhapsodiis lectum esse in propatulo est (Syrian. in Aristot. Met. A p. 859 b 37 ed. Usener., fr. 52 Ab.). Quamobrem hoc quidem loco cum Abelio consentio, qui hos Byzantinorum locos theogoniae rhapsodicae adscripsit. Quoniam haec ita illustrata sunt ut nihil dubii remaneat, iam accurate ea consideranda sunt quae de Aethere et Chao apud Malelam leguntur. Hoc enim ex loco elucet Aethera

et Chaos non a Chrono progeneratos esse; quae autem Byzantini dicunt de deo summo a quo omnia creata sint, pertinent ad Christianorum deum, de quo iam Orpheum dixisse isti facile sibi persuaserunt. Hoc si ex Malelae loco demis ut par est, restat illud, quod ex Neoplatonicorum locis iam coniecimus, Chronum Aethera Chaos simul omnia rerum principia esse.

Ad hanc autem theogoniae rhapsodicae partem spectare Procli locum in Parm. VII 168 p. 914 Stallb. *ἀδιακρίτων πάντων ὄντων κατὰ σκοτόεσσαν ὀμίχλην φησὶν ὁ θεολόγος* recte Lobeckius p. 474 statuit atque idem contra Cousinum qui ex Orph. Argonaut. v. 521 haec derivata esse statuerat salse monuit de Dolioniis qui *ἐν δ'ἔπεσαν Μινύῃσι κατὰ σκοτόεσσαν ὀμίχλην:* 'hi nondum nati erant illo Theogoniae tempore.'

Nunc autem videamus quid de ovo mundano a Chrono facto Orphici statuerint. Extat apud Damascium 147 K. (fr. 53 Abel) Rhapsodiarum versus

ἔπειτα δ'ἔτευξε μέγας Χρόνος αἰθέρι δίῳ
ὠεον ἀργύφεον,

quo confirmantur quae Proclus in Tim. 130 C p. 307 Schn. dicit *ἦν δὲ τὸ ᾠὸν ἐκεῖνο τοῦ τε αἰθέρος ἔγγονον καὶ τοῦ χάους, ὧν ὁ μὲν κατὰ τὸ πέρας ἵδρυται τῶν νοητῶν, τὸ δὲ κατὰ τὸ ἄπειρον;* cetera vide apud Lobeckium 474 ss., qui omnia quae huc pertinent accurate collegit ac disposuit[16]). De hoc igitur ovo mundano, ex quo statim Phanes prorumpit, a viris doctis multum disputatum est et diversissimarum gentium mythologiae arcessitae sunt, ut explicari possit, unde Orphici hanc de ovo mundano doctrinam sumpserint; sed aurea sunt G. Zoëgae (*Abhdlg.* 231) verba qui alias quidem ad Aegyptiorum religionem ac mythologiam confugere non dubitavit: *Ich weiss übrigens, dass über dieses Ei viel geschrieben worden ist, auch in den neuesten Zeiten, was ich nicht Gelegenheit gehabt habe zu lesen und zu unter-*

---

[16]) Cur Abelius Clementis Romani locos in Hellanici theogoniam relegaverit, non intellegitur, cf. Lobeckium l. l.

suchen; ich weiss, dass man diese Allegorien vom äussersten Morgenland und bis von dem Eis Sibiriens und Kamtschatkas her hat wollen kommen lassen, wie denn ein Modegeist, der neuerlich sich vieler bemächtigt hat, die sich berufen glaubten, neues Licht über das Griechische Altertum auszubreiten, alles von den Ländern jenseit des Indus und Oxus herruft, ohne zu erschrecken vor dem Unternehmen, dunkle Sachen mittelst andrer ihrer Natur nach für uns weit dunklerer zu erläutern, und Theorien, die nach unsrer Kunde seit 20 und 30 Jahrhunderten vorhanden sind, aus andern herzuleiten, deren Dasein über ein Jahrtausend hinaus man auf keine Art beweisen kann. Der so einfache Gedanke, das Ei als Sinnbild der Erzeugung und Belebung zu betrachten, und davon in den auf den ersten Ursprung der Dinge gehenden Mythen Gebrauch zu machen, ist vielen Völkern gemein gewesen, ohne dass man darum glauben müsste, dass das eine ihn von dem andern empfangen hätte. Lobeckius quoque (p. 476) optimo iure rationes eorum sprevit in quos Zoëga illis verbis acriter invectus est. Sed eis quae uterque de hac re disseruit quaedam addenda sunt. Nam e re erit fabulas Graecas enumerare, in quibus ovum similiter introducitur[17]).

Primum philosophos videamus, e quibus unus certe Orphicorum doctrinam secutus esse videtur. Empedoclem dico de quo Aetius Plac. II 31, 4 Doxogr. 363 b 4 *Ἐμπεδοκλῆς τοῦ ὕψους τοῦ ἀπὸ τῆς γῆς ⟨εἰς⟩ τὸν οὐρανόν, ἥτις ἐστὶν ἀφ' ἡμῶν ἀνάτασις, πλείονα εἶναι τὴν κατὰ τὸ πλάτος διάστασιν, κατὰ τοῦτο τοῦ οὐρανοῦ μᾶλλον ἀναπεπταμένου διὰ τὸ ᾠῷ παραπλησίως τὸν κόσμον κεῖσθαι.* Confert Dielesius in indice nominum p. 677 Aet. II 2, 1 (Doxogr. 329 a 3) cf. huius loci adnotationem. Adde ea quae ex Epicuri *περὶ φύσεως* libro XII scholion Epicuri ep. I 74 (Useneri Epicurea p. 127 fr. 82) servavit: *τοὺς κόσμους οὔτε ἐξ ἀνάγκης δεῖ νομίζειν*

---

[17]) Gruppius p. 658 adn. 54 ubi de ovo accuratiora quaedam exponit, confert omnium fere gentium fabulas, sed Graecas ne uno quidem verbo tangit. At se alio loco fusius de hac re acturum esse ipse pollicetur.

ἕνα σχηματισμὸν ἔχοντας] *ἀλλὰ καὶ διαφόρους αὐτοὺς ἐν τῇ ιβ Περὶ ⟨φύσεως⟩ αὐτός φησιν· οὓς μὲν γὰρ σφαιροειδεῖς, καὶ ᾠοειδεῖς ἄλλους, καὶ ἀλλοιοσχήμονας ἑτέρους· οὐ μέντοι πᾶν σχῆμα ἔχειν. οὐδὲ ζῷα εἶναι ἀποκριθέντα ἀπὸ τοῦ ἀπείρου.* Cf. Epiphan. adv. haeres. I 8 Doxogr. 589, 13.

De ovo autem cosmogonico quod in theogonia Epimenidea invenitur infra loquar, item de Aristophanis *ὑπηνεμίῳ ᾠῷ* (Av. 695).

Disseram potius de quattuor fabulis in quibus ovum apparet. Prima narratur ap. schol. Il. B 783: *φασὶ τὴν Γῆν ἀγανακτοῦσαν ἐπὶ τῷ φόνῳ τῶν Γιγάντων διαβαλεῖν Λία τῇ Ἥρᾳ· τὴν δὲ πρὸς Κρόνον ἀπελθοῦσαν ἐξειπεῖν· τὸν δὲ δοῦναι αὐτῇ δύο ᾠά, τῷ ἰδίῳ χρίσαντα θορῷ καὶ κελεύσαντα κατὰ γῆς ἀποθέσθαι, ἀφ' ὧν ἀναδοθήσεται δαίμων, ὁ ἀποστήσων Λία τῆς ἀρχῆς· ἡ δέ, ὡς εἶχεν ὀργῆς, ἔθετο αὐτὰ ὑπὸ τὸ Ἄριμον τῆς Κιλικίας. ἀναδοθέντος δὲ τοῦ Τυφῶνος Ἥρα διαλλαγεῖσα Λὶ τὸ πᾶν ἐκφαίνει· ὁ δὲ κεραυνώσας Αἴτνην τὸ ὄρος ὠνόμασεν*[18]).

Multo autem notiores Molionidarum et Dioscurorum fabulae sunt, qui unde originem traxerint multi testantur scriptorum loci. De Molionidis extant hi Ibyci versus fr. 16 Bergk (cf. Mayerum *Giganten und Titanen* 142 adn. 204):

τούς τε λευκίππους κόρους
τέκνα Μολίονας κτάνεν,
ἅλικας ἰσοπάλους, ἐνιγνίους,
ἀμφοτέρους γεγαῶτας ἐν ᾠέῳ
ἀργυρέῳ . . . .

Ovum a Chrono factum in Orphei rhapsodiis *ἀργύφεον* dici addi potest cf. supra p. 10.

Molionidarum autem fabulam is secutus esse videtur, qui Dioscuros ex Ledae ovo ortos esse primus cecinit. Nam antiquior fabula est quae Helenam ex Ledae ovo natam esse perhibet cf. Prelleri Myth. gr. II [3] 92 s., Kockii F. C. A. I 47, Mayerum l. l. 142 s. Spectat ad Ledae ovum, de quo iam

---

[18]) Preller-Roberti Myth. gr. I [4] 64 adn. 3; desidero hunc locum in M. Mayeri libro *Giganten und Titanen.*

Cypria dixisse videntur, Sapphus fr. 56 (cf. R. Kekuléum *gr. Vasengem. i. Bonn* p. 10, Wilamowitzii Commentar. Gramm. I (ind. hib. Gryph. 1879/80) p. 4 s.

φαῖσι δή ποτα Λήδαν
ὀν' ὑακίνθινον πόταμον πεπυκάδμενον ὤιον
εὕρην.

Quarta fabula invenitur in schol. vet. Lycophr. v. 211 Kinkel p. 85, 26, ubi *παρὰ Λεσβίοις ὁ Διόνυσος Ἐνόρχης ἐξ ᾠοῦ γεννᾶσθαι* traditur; cf. Mayerum l. l. 142 adn. 203.

Quid igitur sibi velit Orphicorum ovum, ex fabulis Graecis accurate discimus nec necesse est confugere ad Indos vel Aegyptios. Prorumpit autem ex ovo in theogonia Orphica Phanes qui *Πρωτόγονος* appellatur 'quod ante ipsum nihil sit genitum, sed ab ipso sint cuncta generata' Lactant. Inst. I 5 (fr. 57 Abel), qui etiam versum affert

Πρωτόγονος Φαέθων περιμήκεος αἰθέρος υἱός

quem cum eis quae Proclus in Tim. 132 B p. 311 Schn. dicit concinere Lobeckius 480 scite monuit. Sed addi potest *αἰθέρος υἱὸν* deum illum primigenium ideo dictum esse, quia ovum unde Phanes nascitur est *αἰθέρος ἔγγονον καὶ τοῦ χάους* Procl. Tim. 130 C p. 307 Schn. fr. 53 Abel cf. supra p. 10. Cum de variis huius dei nominibus (*Πρωτόγονος Ἠρικαπαῖος Φαέθων Φάνης Ἔρως Μῆτις* Lob. p. 480 ss.) multa a viris doctis disputata sint, nolo hac in re longus esse; sed monendum est Zoëgam *Abhdlg.* p. 211 ss. hanc rem minus feliciter tractasse, cum Phanetis et Ericapaei nomina ex Aegyptiorum sermone derivata esse censuerit. Cf. de Phanete Schoemannum op. ac. II p. 11, de Ericapaeo ea quae H. Dielesium secutus infra exponam. Sed etiam ea quae de *Πρωτογόνῳ* p. 223 fuse exposuit Zoëga probare nequeo. Ne ipse quidem *Πρωτόγονον* solum pro adiectivo ab Orphicis positum esse dixisset, si cognovisset versum qui extat in Hermiae comm. ad Plat. Phaedrum p. 141 Ast (fr. 59 Abel):

Πρωτόγονόν γε μὲν οὔτις ἐςέδρακεν· ὀφθαλμοῖσιν.

De Protogono non aliter iudicandum est ac de Protogenia Deucalionis filia quae satis nota est (cf. Preller-Roberti Myth. gr. I[4] 86 adn. 3); atque conferri potest etiam Erechthei filia

Protogenia Phanodem. fr. 3 cf. Preller-Robertum l. l. 201 adn. 1, Fridericum Hillerum de Gaertringen De Graecorum fabulis ad Thraces pertinentibus quaestiones criticae Berol. 1886 p. 23.

Plura autem dicenda sunt de versibus illis Hermiae:

Πρωτόγονόν γε μὲν οὔτις ἐξέδρακεν ὀφθαλμοῖσιν,
εἰ μὴ Νὺξ ἱερὴ μούνη· τοὶ δ' ἄλλοι ἅπαντες
θαύμαζον καθορῶντες ἐν αἰθέρι φέγγος ἄελπτον.
τοῖον ἀπέστιλβε χροὸς ἀθανάτοιο Φάνητος.

Duo ultimi versus conclamatissimi sunt et apud veteres et apud nostri aevi mythologos; veterum testimonia invenies apud Abelium fr. 58. 59. Unum addo cuius copiam mihi fecit Heitzius. In Damascii cod. Marc. f. 220 v leguntur haec: *ἔτι δὲ τὸ κάλλιστόν ἐστι τῶν νοουμένων τὸ πρῶτον παράδειγμα καὶ περιέχον πάντα ὅσα νοητὰ ζῷα· νοητὸν ἄρα ἐστὶν τὸ πρῶτον παράδειγμα καὶ τὸ πρῶτον τῇ νοήσει σύμμετρον· διὸ καὶ εἶδος ἤδη καὶ κάλλιστον τῶν νοουμένων, οὐχ ὅτι πρῶτον, ἀλλ' ὅτι μάλιστα ἐκφανὲς καὶ στίλβον ἐναργέστατα καὶ τὸν Φάνητα αὐτὸν ἐνδεικνύμενον 'τοῖον ἀπέστιλβε χροὸς ἀθανάτοιο Φάνητος' φησὶν Ὀρφεύς*[19]).

De versibus igitur apud Hermiam servatis Lobeckius ita profitetur: 'Quinam Phanetem admirari potuerint, cum adhuc nihil esset, hinc non apparet, sed tamen intellegi potest.' At quomodo hoc intellegi possit, Lobeckius non addidit neque egerunt de hac re qui post hunc de theogonia Orphica scripserunt. Cogitari potest de Chrono et de Aethere cf. Procl. theol. III 20, 161 in Tim. 132 A B p. 311 Schn. 303 B p. 735 Schn. Noctem quidem quam Phanetis filiam ab Orphicis factam esse mox videbimus Phanetis nascentis spectatricem esse plane absurdum est. Si fragmenta quibus Nox Phanetis filia dicitur ex eadem theogonia desumpta

---

[19]) *χρόνος* Marc., *χροός* autem scribendum esse in propatulo est cf. versus ab Hermia citatos. Pro *ἀπέστιλβε* Hermiae codices habent *ἀπέστριπτε*, sed *ἀπέστιλβε* legendum esse Proclus et Damascius (fr. 58 Abel) testantur et commendatur haec lectio Aristophanis quodam versu quem infra afferemus.

sunt ex qua versus Hermiae, una patet via qua rei miraculum explicetur. Unde de nascente Phanete in his versibus agi constat? Nonne omnia recte se habent, si Phanetem postea in deorum conspectum venisse statuis quam Nox filia iam adulta est? Multi dei ac deae iam orti erant cum Phanes apparuit qui usque ad illud tempus in antro moratus sola cum Nocte commercium habuerat. Quae res quoniam neque a Lobeckio neque ab aliis perspecta est omnes locos quibus hoc probatur congeram[20]). Procl. in Tim. 291 C p. 706 Schn. (Abel fr. 72) *ἔνιοι μὲν οὖν φασιν, ὅτι τὰς μὲν ἀνάλογον τοῖς δύο βασιλεῦσιν ἐν οὐρανῷ καταλέλοιπε ζητεῖν, Φάνητι λέγω καὶ Νυκτί· δεῖ γὰρ αὐτοὺς ἐν ὑπερτέρᾳ τάξει ποιεῖν καὶ ἐν τοῖς ἐγκοσμίοις, διότι δὴ καὶ πρὸ τοῦ κόσμου τῶν νοερῶν ἡγοῦνται θεῶν ἐν τῷ ἀδύτῳ διαιωνίως ἱδρυμένοι, καθά φησιν Ὀρφεὺς περὶ* (add. Dielesius) *αὐτοῦ τοῦ Φάνητος, τὴν κρύφιον αὐτῶν τάξιν καὶ ἀνέκφαντον ἐκεῖνος*[21]) *ἄδυτον ἀποκαλῶν.* Cf. eundem l. l. D. *τῇ Νυκτὶ τῇ πᾶσαν ἐκ τῶν ἀφανῶν παραγούσῃ ζωὴν μετὰ τοῦ Φάνητος.* Idem in Parm. IV 235 p. 755 Stallb. *καὶ γὰρ ἡμῖν ἄγνωστά ἐστι καὶ ὑπὲρ τὴν ἡμετέραν ἵδρυται νόησιν, ἐν τῷ ἀδύτῳ κεκρυμμένα τοῦ πατρὸς καὶ ὥς φησιν ὁ θεόλογος, μόνῃ γνώριμα τῇ προσεχῶς μετὰ ταῦτα τάξει τῶν θεῶν.* De Phanetis antro extat versus a Proclo Tim. 95 D p. 224 Schn. servatus:

ταῦτα πατὴρ ποίησε κατὰ σπέος ἠεροειδές.

Cf. Lobeckium 510 adn. qui Pherecydis Syrii *μυχοὺς καὶ ἄντρα* confert ex Porph. de antr. nymph. c. 31 cf. infra. Adde Apionem ap. Clem. Rom. Hom. VI 4 p. 672 (fr. 38 Abel): *καὶ οὕτω μεγάλῃ δυνάμει αὐτοῦ τοῦ προεληλυθότος Φάνητος*(Schenkelius, *φανέντος* codd.) *τὸ μὲν κύτος τὴν ἁρμονίαν λαμβάνει καὶ τὴν διακόσμησιν ἴσχει, αὐτὸς δὲ ὥςπερ ἐπ' ἀκρωρείας οὐρανοῦ προκαθέζεται καὶ ἐν ἀπορρήτοις τὸν ἄπειρον περιλάμπει αἰῶνα* et Malelam Chron. IV p. 74 de Orphei Metide Phanete

---

[20]) Rectius quam alii sed parum accurate hanc rem tractavit Gruppius p. 647.

[21]) *ἐκεῖνος* cum neglegentia quadam ad *Ὀρφεὺς* refertur, nisi scribas *ἐκείνοις*. Nam audi *πρὸ τοῦ κόσμου τῶν νοερῶν θεῶν.*

Ericapaeo haec dicentem: *εἰπὼν ἐν τῇ αὐτοῦ ἐκθέσει ταύτας τὰς τρεῖς θείας τῶν ὀνομάτων δυνάμεις*[22]) *μίαν εἶναι δύναμιν καὶ ἓν κράτος τοῦ μόνου θεοῦ ὃν οὐδεὶς ὁρᾷ ἥστινος δυνάμεως οὐδεὶς δύναται γνῶναι ἰδέαν ἢ φύσιν* . . . Gravissimus autem hic est Hermiae locus p. 144 Ast (Abel fr. 89) *Πρὸς δὴ τοῦτο εἶπεν, ὅτι γεννήματά ἐστι ταῦτα τῆς Νυκτὸς μένοντα ἐν αὐτῇ· ἔστι δὲ καὶ οὐρανὸς ὑπερουράνιος, καὶ ταῦτα πάντα μένει ἐν τῇ Νυκτί·*

Ἡ δὲ πάλιν Γαῖάν τε καὶ Οὐρανὸν εὐρὺν ἔτικτε
δεῖξέν τ' ἐξ ἀφανῶν φανερούς, οἵ τ' εἰσὶ γενέθλην,

cf. eundem p. 141. Lobeck. 502 ss.

Quo autem modo Phanes Noctem progeneraverit nescimus, sed versus servatus est quo de patris cum filia conubio dicitur Procl. in Plat. Tim. 137 B p. 324 Schn. *ὁ δέ γε Φάνης μόνος τε πρόεισι καὶ ὁ αὐτὸς ἀνυμνεῖται θῆλυς καὶ γενέτωρ. παράγει τὰς Νύκτας, καὶ τῇ μέσῃ σύνεστιν ὁ πατήρ· 'αὐτὸς' γὰρ 'ἑῆς παιδὸς ἀφείλετο κούριον ἄνθος'*[23]) Abel fr. 73 Lob. 493 qui etiam versum quendam attulit quo Phanes amore captus significari videtur cf. Procl. Tim. 137 B p. 324 Schn. (fr. 73 Ab.) 291 D p. 706 Schn. 293 C p. 711 Schn. Adde etiam Argonaut. v. 14 ss.

καὶ διφυῆ περιωπέα κυδρὸν Ἔρωτα,
Νυκτὸς ἀειγνήτης πατέρα[24]) *κλυτόν, ὅν ῥα Φάνητα*
ὀπλότεροι καλέουσι βροτοί· πρῶτος γὰρ ἐφάνθη.

Multo autem pulchriores ac notiores sunt ei versus quibus Phanetis omnium deorum semina in se complexi potentia celebratur Lob. 496. Phanes mundi conditor est. Loquantur ipsa fragmenta: Procl. in Tim. 335 B p. 814 Schn.

---

[22]) Cf. eundem IV p. 75. 76 (Abel fr. 76); erravit Lobeckius cum hunc Malelae locum de Aethere Chrono Chao intellegendum esse censuit.

[23]) *Αὐτὸς ἑῆς γὰρ* Gesnerus cf. Lob. 493 adn., aliorum coniecturas vide in Schneideri adnotatione ad Procl. in Tim. p. 324. *κούριμον* codd., *κούριον* Hermannus et Schneiderus.

[24]) Hermanni coniecturam *νῖα* falsam esse ex locis quos supra attuli elucet.

ὥςπερ γὰρ αὐτὸς ὁ φανεὶς τῶν ὅλων δημιουργὸς τὸν σύμπαντα κόσμον κάλλιστον καὶ ἄριστον εἰς δύναμιν ἀπέφηνεν, οὕτω δὴ βούλεται καὶ τοὺς δευτέρους δημιουργοὺς κάλλιστα καὶ ἄριστα τὸ θνητὸν διακυβερνᾶν ζῷον, κάλλος μὲν αὐτοῖς ἀπὸ τῶν νοητῶν ἐποχετεύων, ἀγαθοειδοῦς δυνάμεως ἀποπληρῶν αὐτοὺς καὶ βουλήσεως, οἵαν καὶ αὐτὸς ἔχων τὸν ὅλον ἐδημιούργησε κόσμον. Cf. eundem Pl. Tim. 93 E p. 219 Schn. et Lactantium Instit. I 6 p. 28 'Hunc ait esse omnium deorum parentem, quorum causa caelum condiderit liberisque prospexerit, ut haberent habitaculum sedemque communem *ἔκτισεν ἀθανάτοις δόμον ἄφθιτον.*' Porro fr. 77. 78. 79. 81 Abelii. Plura desideranti patent Aglaophami horrea. Affero denique, quem iam p. 15 citavi, versum eiusdem opinionis testem:

ταῦτα πατὴρ ποίησε κατὰ σπέος ἠεροειδές.

In antro igitur mundi pater moratur, ibi creat omnes res, ibi Nox filia patri nubit. Ut Phanes *πατήρ* dicitur ita Nox fit *μήτηρ θεῶν* (Syrian. in Aristot. Met. N 935 a 27 ed. Usener); ad hos omnia quae orta sunt referuntur. Generantur a Nocte postquam Phaneti nupsit Terra ac Coelum Herm. in Pl. Phaedr. 141. 144 cf. p. 16.

Cum totam Rhapsodiarum theogoniam fragmentis illustrare nec possim nec velim, de Nocte quidem accuratius agendum est, quia is qui eius carminis indolem perspicere vult diligentissime in hanc figuram inquirere debet. Itaque de Nocte fere omnia testimonia congessi atque ut eius vis prorsus intellegatur ea quoque praesumere mihi liceat quae in theogoniae parte posteriore de ea dicentur.

Post Phanetem Noctis incipere regnum Syrianus in Aristot. Metaph. N 935 a 25 ed. Usener testis est, apud quem hic quoque versus de ea legitur

σκῆπτρον ἔχουσ' ἐν χερσὶν ἀριπρεπὲς Ἠρικαπαίου,

eidem dat pater

μαντοσύνην οἱ δῶκεν ἔχειν ἀψευδέα πάντη

Herm. p. 140 Abel fr. 88. Multa Noctis erga deos beneficia ab Orphicis commemorantur. Ab ea nutritur Saturnus quo

spectat Damascius p. 187 K. (fr. 98 Abel), qui servavit versum Orphicum

ἐκ πάντων δὲ Κρόνον Νὺξ ἔτρεφεν ἠδ' ἀτίταλλεν,

cf. Procl. in Crat. p. 97 ubi legitur versus

θεῶν τρόφος ἀμβροσίη Νύξ.

At cum in eo sit, ut novus mundi rex existat, dea summa et aetate longe maxima Saturnum deserit, ut Iupiter omnium rerum imperium accipiat; qui deus omnia in se complecti dicitur. Nox cui vaticinandi artem a Phanete datam esse modo diximus Iovi haec vaticinatur

ἀθανάτων βασιλῆα θεῶν πέμπτον σε γενέσθαι

fr. 113 Abel cf. fr. 85. Consentit cum his Porphyrius de antro nymph. c. 16 p. 92 Hercher fr. 114 Abel, Lobeck. 516, Preller-Robert I [4] 56 adn. 3. Nox scelerum a Saturno (fr. 114 Ab.) perpetratorum ultrix et vindex est, ab ea adiutus Saturni filius fit

Ζεὺς βασιλεὺς, Ζεὺς ἀρχὸς ἁπάντων ἀρχικέραυνος.

Vides qui locus Nocti in Rhapsodiarum theogonia tributus sit. Multa his addi possunt de *χρησιηρίῳ* (fr. 117 Ab.) et de *ὑποθήκαις τῆς Νυκτός* (fr. 121 Ab.), unde luculenter apparet Noctem in mundo constituendo et regendo (cf. Procl. Tim. 267 D p. 654 Schn. Lob. 519) Iovi adesse, cui rei hae quoque Iovis preces testimonio sunt:

Μαῖα θεῶν ὑπάτη Νὺξ ἄμβροτε, πῶς, τάδε φράζε,
πῶς χρή μ' ἀθανάτων ἀρχὴν κραιερόφρονα θέσθαι;

Procl. Tim. 63 E p. 148 Schn. (fr. 117. 118 Ab.).

Ante Orphicorum autem aetatem Noctem a nullo theologo in tam eximio loco positam esse facile tibi persuadebis, si intellexeris quantum distet Orphei Nox a Nocte Hesiodea. Apud Hesiodum enim Nox nondum *θεῶν μήτηρ* facta est. Illic omnes honores in eam conferuntur, hic *μέλαινα* v. 20 et 123 *δνοφερή* 107 *ἐρεβεννή* 213 *ὀλόη* 224 etc. est, hic *Αἰθέρα* et *Ἡμέραν* generat 124, hic cum Chao coniunctissima est 123, partus horribiles ei attribuuntur, de quibus optime nuper disseruit A. Meyerus De compositione theogoniae Hesiodeae Berol. 1887 p. 3 ss., denique legimus 744 s. Rz.

Νυκτὸς δ' ἐρεβεννῆς οἰκία δεινα
ἕστηκεν νεφέλῃς κεκαλυμμένα κυανέῃσι.

Vides igitur ei in theogonia Hesiodea ut ita dicam vim elementarem inesse, neque quidquam cum Orphicorum dea commune habere, nisi nomen; nam observandum est in Orphicorum fragmentis, quorum multa extant de Nocte, nihil de *θεᾷ δνοφερῇ μελαίνῃ ἐρεβεννῇ* dici. De versibus autem qui de *Ἐχίδνῃ* agunt infra fusius agam. Ex vetere igitur et consueta Noctis figura nova derivata est; per Orphicos mater deorum facta est, quamquam nonnulla principia ei praecedere notum est. Orphicos sequuntur Epimenides (cf. infra) et Acusilaus (cf. p. 5), hunc autem Antagoras vel Crantor qui illam *βασιλείας* nomine ornavit, cf. Wilamowitzii Antigonum p. 69 s., Kalkmanni Pausaniam periegetam 207 s., supra p. 5.

Hic subsistimus; nam de posteriore theogoniae rhapsodicae parte agere a nostro proposito alienum est. Disputaturum enim me dixi de Schusteri sententia, qui ut Rhapsodias in Christianorum saecula ablegaret, ea imprimis causa adductus est quod quaecunque in fragmentis Noctem antecedant ita conglutinata ac consuta sint ut carmini antiquissimo nullo modo possint vindicari.

Velut 'hiatum quendam qui sit inter Phanetem et Noctem a fragmentorum auctore descriptos haud facilem superatu' detexisse sibi videtur p. 21. Intellegis de Lobeckii sententia actum esse, si Schusterus re vera probavit quaecunque Noctem in Rhapsodiis antecedant, posterioris temporis signa prae se ferre hiatusque vestigia aperta esse. Sic autem ratiocinatur: 'Quicunque a quovis carminis theogonici scriptore poposcerit, ut possit prima ab origine mundi

ad sua perpetuum deducere tempora carmen

aut certe, si magis libet, ad novissimam deorum prolem, eum miraturum esse existimo, quonam consilio Orpheus, postquam ex Chrono Chaos Aetheremque, ex his ovum Mundanum, ex eo

denique praeclarum Phanetem prodeuntem fecisset, hunc vix rerum potitum Nocti regnum tradentem finxerit.' Clamat: 'Nonne is regressus potius quam progressus habendus est?' Viam ac rationem a Schustero initam probare nequeo. Quamquam rem miram esse concedo tamen summae audaciae eum accusandum esse censeo qui illum mundi ortum a theogonia antiquissima alienum esse profiteatur. Vehementer enim dubito num ii recte faciant qui omnes omnino res mirabiles ex Orphicorum carminibus et mysteriis tollere studeant[25]). Huic autem loco quam adhibuit iste rationem prorsus perversam esse docet Pherecydis Pentemychus (cf. caput tertium), docent omnes theologi qui τὸ ἄριστον pro rerum principio ponunt secundum Aristot. Met. N 4, 1091 b 4. Porro quid veri inest Schusteri dubitationi, si ea recte se habent quae p. 17 ss. exposui, si Orphicorum Nox prorsus diversa est ab Hesiodea, quae tenebras significat, unde ortam esse stirpem haud absimilem praeclare demonstravit A. Meyerus l. l.?

Sed alteram quoque dubitationem Nox Schustero peperit p. 22, quia tres existunt noctes, si Nox Phanetis filia est: ‚prima quae cum Chaote (!) coniuncta est vel ab eo non diversa est, altera de qua nunc loquimur, tertia naturalis quae nostrorum cuique dierum succedit.' Nititur autem haec sententia Hermiae scilicet gravissimi auctoris illo loco de quo p. 6 s. fuse egimus ita ut nihil iam addere necesse sit.

Quod vero tertio loco in Rhapsodiarum exordio vituperat, id iam supra p. 14 s. ita exposui ut universum illius offensionis fundamentum corruat. Postremo p. 23 miratur Phanetem quamquam mundi conditor omniumque deorum pater praedicetur tamen solum unam Noctem progeneravisse. Mirum in modum errat Schusterus, quippe qui obliviscatur ex Phanete et Nocte Coelum Terram ceteram deorum prolem oriundos esse. Pro multis affero hic unum Procli testimonium in

---

[25]) De his rebus rectissime iudicavit Freudenthalius in libello de Xenophanis theologia nuper edito p. 13 ss.

Tim. 291 D p. 706 Schn. (Abel fr. 73) *τὸν δὲ κρατῆρα τὸν ζωογόνον τῇ Νυκτὶ τῇ πᾶσαν ἐκ τῶν ἀφανῶν παραγούσῃ ζωὴν μετὰ τοῦ Φάνητος* (f. supra p. 16 s.). Quae cum ita sint Schusteri dubitationes vanas esse concedes.

Iam venio ad Phanetem, cuius cataposin in theogonia vetere nullo modo ferri posse Schusterus peculiari capite p. 27 dicere ausus est, postquam iam Zoëga, quem de Orphicis minus egregie meritum esse quam de Homero putaverim, similia de deo illo primigenio disseruit. Non longus essem hac in re, nisi EDUARDUM ZELLERUM summum virum Schusteri rationes haud improbabiles duxisse scirem. Exeundum autem est ex his Lobeckii verbis quae impugnat indefessus Rhapsodiarum calumniator: 'si de Orphicae doctrinae summa omnia detraxeris quae Platonici de suo affinxerunt, relinquitur illa rerum omnium in deo comprehensio, duplici processu et recessu perfecta per Phanetem et Iovem.' Quod quominus concederent viri docti qui post Lobeckium de hac re scripserunt ea maxime causa prohibiti sunt, quod de Phanetis cataposi in sexti saeculi carmine nihil dici potuisse sibi persuaserunt. Sed primum ipsum antestor Schusterum, qui propter pantheismum quidem, quo imbuta videatur fabula de Phanetis cataposi, dubitandum esse negavit (p. 44)[26]) nec mihi persuasit contraria Zellerus I[4] 88. Laudo illud quoque, quod eorum commenta, qui Phanetem ex Asia vel Aegypto recentioribus temporibus inventum esse Schusterus sobrio iudicio reiecit. Nam offensi sunt fere omnes viri docti Phanetis nomine Ericapaei quod ex linguis Aegyptiacis vel Semiticis derivare non dubitaverunt; cf. Schusterum p. 97 ac praeterea Zoëgae *Abhdlg.* 261 Lob. 479 Goettlingium De Ericapaeo Ienae 1862 Zellerum I[4] 85 Gruppium p. 658 adn. 53. Rem simpliciore ratione expedisse mihi videtur HERMANNUS DIELESIUS, quem memini in lectionibus docere

---

[26]) Sed idem quod dolendum est p. 88 sibi parum constans constitit. Gaudeo me in his rebus totum consentire cum Freudenthalio, qui in libello, cuius iam supra mentionem feci, theogoniae Orphicae vestigia in Xenophanis doctrina p. 29 detexit cf. infra.

Phanetem ob eam rem *Ἠρικαπαῖον* ab Orphicis dictum esse, quia ab Iove mane devoratus sit, ita ut *Ἠριγενείας Ἠριγόνης Ἠριγόνου* (Fickii *gr. Personennamen* p. 34) *Ἠριφανίδος* (poetriae ap. Clearchum, Athen. XIV p. 619 c) nomina sint formata similiter. Explicatio simplicissima est, convenit cum Orphicorum de Phanete fabulis, convenit etiam cum etymologiae legibus. Quare egregie falsus est quicunque dei primigenii originem ex oriente duxit Phanetis nomine tantum appellativo commotus.

Sed his velitibus fugatis nunc pugnandum est cum ipso Schustero, quo nemo acrius in Lobeckii de Phanetis sententiam incursavit. Qui cum argumentis quibus Zoëga Zellerus alii adducti sunt ut Phanetis cataposin convenire cum theogoniae antiquissimae indole atque aetate negarent parum fidat, ipse nova et graviora repperisse sibi videtur, quibus Phanetis antiquitatem funditus evelleret. Studet enim demonstrare rhapsodicae theogoniae auctorem theogonia Hieronymi usum esse et Phanetem ex hac in illam irrepsisse. Concedo praeter ea quae ex theogonia quae dicitur Hieronymi tradita sunt ante Theonem Smyrnaeum nihil de Phanete apud scriptores veteres inveniri, concedo apud Diodorum I 11 [27]) Phanetem Solem significari posse sed contendo ea quae de theogonia Hieronymi a Schustero exposita sunt falsa esse. Etenim si recte a Schustero demonstratum est, Rhapsodias rem omnium gravissimam ex Hieronymi theogonia transtulisse, cadat necesse est Lobeckii sententia, quam proposuit de Rhapsodiarum antiquitate. At nos contrarium probaturi sumus theogoniae Hieronymianae fabricatorem usum esse Rhapsodiis.

Testes eius sunt Damascius et Athenagoras, quorum quantus consensus sit recte ac docte Schusterus p. 31 ss. contra Lobeckium p. 493 exposuit. Alii scriptorum loci ab Abelio huic theogoniae fr. 37 ss. adscripti huc non faciunt,

---

[27]) *Εὔμολπος μὲν ἐν τοῖς Βακχικοῖς ἔπεσί φησιν· 'Ἀστροφαῆ Διόνυσον ἐν ἀκτίνεσσι πυρωπόν'. Ὀρφεὺς δέ· 'Τοὔνεκά μιν καλέουσι Φάνητά τε καὶ Διόνυσον'* (Abel fr. 168).

quod probare possum. Sed cum causas suae rationis Abelius non indixerit et maior eius editio Orphicorum mox sit proditura, nunc contra eum pugnare nolo.

Proficiscendum est ex eis quae Athenagoras refert; nam Damascium p. 381 K. minoris etiam hic auctoritatis esse in propatulo est cf. Schusterum p. 82.

Sunt autem Athenagorae verba haec Supplic. pro Christianis p. 84 Otto: *Ἦν γὰρ ὕδωρ ἀρχὴ κατ' αὐτὸν (Ὀρφέα) τοῖς ὅλοις, ἀπὸ δὲ τοῦ ὕδατος ἰλὺς κατέστη, ἐκ δὲ ἑκατέρων ἐγεννήθη ζῷον δράκων προσπεφυκυῖαν ἔχων κεφαλὴν λέοντος, διὰ μέσου δὲ αὐτῶν θεοῦ πρόσωπον, ὄνομα Ἡρακλῆς καὶ Χρόνος. Οὗτος ὁ Ἡρακλῆς ἐγέννησεν ὑπερμέγεθες ᾠὸν, ὃ συμπληρούμενον ὑπὸ βίας τοῦ γεγεννηκότος ἐκ παρατριβῆς ἐς δύο ἐρράγη· τὸ μὲν οὖν κατὰ κορυφὴν αὐτοῦ οὐρανὸς εἶναι ἐτελέσθη, τὸ δὲ κατενεχθὲν γῆ· Προῆλθε δὲ καὶ θεὸς Γῆ διὰ σώματος· Οὐρανὸς δὲ Γῇ μιχθεὶς γεννᾷ θηλείας μὲν Κλωθὼ Λάχεσιν Ἄτροπον, ἄνδρας δὲ Ἑκατόγχειρας Κόττυν, Γύγην, Βριάρεων καὶ Κύκλωπας Βρόντην καὶ Στερόπην καὶ Ἄργον*[28]).

Desideras optimo iure in his verbis Phanetem deum primigenium, de quo Damascius quamquam Phanetis nomen non attulit diserte dicit. Nonne ex Athenagorae verbis de Phanete p. 96, 10 *οὗτος γάρ ἐστιν ὁ ἐκ τοῦ ᾠοῦ προχυθείς* iam uno saltem verbo de deo quodam ex ovo prorumpente dictum esse elucet? Schusterus autem ad haec Athenagorae verba adnotat p. 32 adn. 6: 'Scilicet ille deus, Athenagoras inquit, quem supra, cum de ovo Herculis agerem, omisi, quia tum id tantum mihi erat demonstrandum omnes deos ex materia ortos haberi. Quod cum de Hercule primo omnium deo putavissem, sponte apparere putavi, idem de Phanete eius filio valere.' Mira mehercle opinio quam silentio praeterire satius est[29]). Nullo modo opinor excusari vel expli-

---

[28]) De Cyclopum atque Hecatoncheirium ordine cf. Mayerum *Giganten u. Titanen* p. 229.

[29]) Neque aliter de Marani opinione, de qua vide Ottonem p. 96 adn. 27, si scire libet, iudicandum est.

cari potest, quomodo Athenagoras, cuius verbis p. 96, 10 eum iam antea de Phanete dixisse indicatur, hoc loco Phanetem silentio praeterire potuerit. Sed cave hoc Athenagorae vitio tribuas; nam ut textus Supplicationis multis locis gravissime corruptus est, ut post Ottonem multa in codicibus falso tradita facile corrigi possint, ita hoc quoque loco Phanes omissus est, praesertim cum a Zoëga p. 84, 16 post *ἔχων κεφαλὴν λέοντος* ex Damascio *καὶ ἄλλην ταύρου* optimo iure additum esse constet, quae coniectura insequenti plurali *διὰ μέσου δὲ αὐτῶν* flagitatur. Locum quo Phanetis significatio excidit invenisse mihi videor. Dico autem hunc: *προῆλθε δὲ καὶ θεὸς Γῆ διὰ σώματος*. Dicit Athenagoras sive Hieronymus, quem sequitur, Herculem (seu Chronum) ingens ovum genuisse cuius, cum vi genitoris in duas partes divulsum esset, superius dimidium caelum, inferius terra appellatum esset. Sequuntur tum illa verba *προῆλθε δὲ καὶ θεὸς Γῆ διὰ σώματος* quae multum praebent suspitionis. Nam audi ex ovo, cuius altera pars terra est, deam Terram prorupisse. Quam rem sane miram ac portentosam esse Schusterus etsi sensit, tamen explicare studet p. 32 adn. 1: 'Ceterum verba *προῆλθε δὲ καὶ θεὸς Γῆ διὰ σώματος* sic intellego, ut verba premam *καὶ θεός*. Non solum terra naturalis (*γῆ*) sed etiam dea Terra *οὐκ ἐξ ἀρχῆς ἦσαν*, sed sicut nos ex corpore quodam ortae sunt' [30]). At opinor theologum Orphicum, si eam sententiam exprimere voluisset, quam Schusterus profert, ad eandem rem confugisse ad quam Pherecydes Syrius, qui Orphicorum doctrina imbutus est; nam legas velim Pentemychi exordium *Ζὰς μὲν καὶ Χρόνος ἦσαν ἀεὶ καὶ Χθονίη· Χθονίη δὲ ὄνομα ἐγένετο Γῆ, ἐπειδὴ αὐτῇ Ζὰς γῆν γέρας διδοῖ* cf. Dielesium *Archiv für die Geschichte der Philosophie* I p. 12 ss. et ea quae in capite tertio exponam. Sed alia quoque me causa prohibet quominus putem Athenagorae verba sana esse. Nam qua grammatices ratione *διὰ σώματος* explicari possit haud intellego. Quae cum ita se habeant, age conferamus Damascii ex theogonia

---

[30]) Similia antea iam Schoemannus op. ac. II 12 ariolatus erat.

Hieronymiana excerpta, unde Zoëga iam unum Athenagorae locum correxit. Neque hic spes nos fallit. Phanetem invenimus quem apud Athenagoram desideramus. Nam postquam de ovo dixit pergit Damascius p. 382 K.: *καὶ τρίτον ἐπὶ τούτοις θεὸν ἀσώματον, πτέρυγας ἐπὶ τῶν ὤμων ἔχοντα χρυσᾶς, ὃς ἐν μὲν ταῖς λαγόσι προςπεφυκυίας εἶχε ταύρων κεφαλάς, ἐπὶ δὲ τῆς κεφαλῆς δράκοντα πελώριον παντοδαπαῖς μορφαῖς θηρίων ἰνδαλλόμενον.* Unde elucet apud Athenagoram in verbis *προῆλθε δὲ καὶ θεὸς Γῆ διὰ σώματος* latere *θεὸς ἀσώματος* [31]). Medela autem carent verba *ΓΗΔΙ* quae felicioribus manibus emendanda tradimus [32]). Sed utut haec corrigis, tenemus *θεὸν ἀσώματον* neque e manibus omittemus. Accuratius autem hanc rem tractavi, quia portentosa illa *Γῆ* ex Athenagorae verbis sublata de multis rebus aliud iudicandum est atque adhuc viris doctis placuit, multaeque coniecturae nunc ad irritum cadunt. Iamiam perspicuum est Schoemannum (op. ac. II 14) egregie falsum esse, cum contenderit theogoniam Hieronymianam Phanetem deum primigenium prorsus ignorare. Nam non solum Damascius de eo dixit sed etiam Athenagoras collatis inter se duobus illis locis.

Iam omnia ita comparata sunt ut utraque theogonia — dico Hieronymianam et Rhapsodias — inter se conferri possit. Videamus singula. Incipit Hieronymi theogonia, postquam ab aqua ac limo omnia derivavit, a Chrono; quem prorsus diversum esse a Phanete, qui ex ovo a Chrono facto

---

[31]) Contra Lobeckium 486 qui *δισώματος* apud Damascium scribere voluit monendum est Phanetem non duobus corporibus praeditum sed multiformem esse, nec salus petenda est ex Orph. hymn. VI v. 1 Abel:

Πρωτογόνον καλέω διφυῆ, μέγαν, αἰθερόπλαγκτον,

Zoëgae *Abhdlg.* 249.

[32]) At quod temptavimus in adnotatione quidem commemorare nobis liceat. Desideramus adiectivum vel substantivum *θεὸν ἀσώματον* aperte significans. Forsitan latet in *ΓΗΔΙ* rarius Phanetis nomen *Μῆτις* cf. fr. 71 Abel *Μῆτις γὰρ αὖ καὶ οὗτός ἐστιν, ὥς φησι· 'Καὶ Μῆτις πρῶτος γενέτωρ καὶ Ἔρως πολυτερπής'.* Dielesius autem Damascii verbis *πτέρυγας ἐπὶ τῶν ὤμων ἔχων* collatis praefert *πτηνός.*

prorumpit, recte Schusterus contra Lobeckium monet. Audimus p. 381 K. *τὴν δὲ τρίτην ἀρχὴν μετὰ τὰς δύο γεννηθῆναι μὲν ἐκ τούτων, ὕδατός φημι καὶ γῆς, δράκοντα δὲ εἶναι κεφαλὰς ἔχοντα προςπεφυκυίας ταύρου καὶ λέοντος, ἐν μέσῳ δὲ θεοῦ πρόσωπον, ἔχειν δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων πτερά, ὠνομάσθαι δὲ Χρόνον ἀγήραον καὶ Ἡρακλῆα τὸν αὐτόν.* Sic Hieronymus. In Rhapsodiis nihil de hac mira Chroni figura legis, ita ut hoc quandam suspitionem movere possit. Similiter autem ac Chronum theogonia Hieronymi Phanetem describit Dam. p. 382 K. *καὶ τρίτον ἐπὶ τούτοις θεὸς ἀσώματος πτέρυγας ἐπὶ τῶν ὤμων ἔχων χρυσᾶς, ὃς ἐν μὲν ταῖς λαγόσι προς-πεφυκυίας εἶχε ταύρων κεφαλάς, ἐπὶ δὲ τῆς κεφαλῆς δράκοντα πελώριον παντοδαπαῖς μορφαῖς θηρίων ἐνδαλλόμενον.* Cf. Athenagorae verba illa *προῆλθε δὲ καὶ θεὸς † γηδι ἀσώματος* et ea quae ex eiusdem scriptoris eodem libro Abelius fr. 41 de Phanete attulit. Similia sunt quae de Phanete ex Rhapsodiis nota sunt. En habes locorum gravissimorum conspectum: Procl. in Tim. 130 F p. 308 Schn. fr. 62 Ab. — ibid. 130 B p. 307 Schn. fr. 63 Ab. — Hermias Plat. Phaedr. p. 137 Ast — Procl. Tim. 267 C p. 653 Schn. fr. 119 Abel; cf. supra p. 13.

Hoc igitur constat in duabus theogoniis Phanetis figuram simillime descriptam esse atque iam intellectum est quem ad finem Phanetis effigies tam mirifice sit expressa, nam rectissima sunt Zelleri I [4] 85 verba: *er enthält die Keime aller Götter in sich und aus diesem Grunde, wie es scheint, wird er als mann-weiblich bezeichnet, und zugleich mit verschiedenen Tierköpfen und anderen derartigen Attributen ausgestattet.* Neque aliter intellexit Phanetem Proclus Tim. 267 C. p. 653 Schn. (Lob. 519): *διὸ δὴ καὶ Ὀρφεὺς Φάνητα τὸν θεὸν προςηγόρευσεν ὡς ἐκφαίνοντα τὰς νοητὰς ἑνάδας, καὶ ζῴων αὐτῷ μορφὰς ἀνέθηκεν, ὡς ἐν αὐτῷ τῆς πρώτης αἰτίας τῶν νοητῶν ζῴων ἐκφανείσης καὶ ἰδέας πολυειδεῖς, ὡς τῶν νοητῶν ἰδεῶν πρώτως περιληπτικῷ.* Sed quaero cur eisdem fere attributis, ut dicunt archaeologi, praeditus Chronus in Hieronymi theogonia describatur. Nullam invenis causam. Chronus enim non semina omnium posteriorum

fetuum in se continet, sed ex ovo, quod ex aethere ac chao facit, omnia prodeunt, Chronus igitur nihil gignit. Hoc igitur Maximiliano Mayero (*Giganten und Titanen* p. 235) prorsus contraria ponenti magis quam probanti obvertendum est [33]). Quicunque autem de Hieronymi theogonia ea quae apud Damascium et Athenagoram inveniuntur perlegerit, eum vehementer miraturum esse existimo, quod Chronus et Phanes pari modo descripti sunt, cuius rei etiam hoc ex Damascio addo documentum. Qui postquam de Chrono dixit, ita pergit p. 381 K.: *συνεῖναι δὲ αὐτῷ τὴν Ἀνάγκην, φύσιν οὖσαν, τὴν αὐτὴν καὶ Ἀδράστειαν ἀσώματον διωργιωμένην ἐν παντὶ τῷ κόσμῳ τῶν περάτων αὐτοῦ ἐφαπτομένην. ταύτην οἶμαι λέγεσθαι τὴν τρίτην ἀρχὴν κατὰ τὴν οὐσίαν ἑστῶσαν πλὴν ὅτι ἀρσενόθηλυν αὐτὴν ὑπεστήσατο πρὸς ἔνδειξιν τῆς πάντων γεννητικῆς αἰτίας.* Vox *ἀρσενόθηλυς* pertinere videtur ad Chronum et Adrasteam, e quibus efficitur *ἡ τρίτη ἀρχή*. Hoc ex Damascio concludi posse concedo. Tamen hoc quoque loco quaedam a Damascio confusa esse haud negaverim. Nam ex eis quae de Rhapsodiis continuo referuntur elucet solum Chronum esse *τρίτην ἀρχήν* (aliter Gruppius p. 634); lege enim Dam. 381 K. *καὶ ὑπολαμβάνω τὴν ἐν ταῖς ῥαψῳδίαις θεολογίαν ἀφεῖσαν τὰς δύο πρώτας ἀρχὰς μετὰ τῆς μιᾶς πρὸ τῶν δυοῖν τῆς τῇ σιγῇ παραδοθείσης ἀπὸ τῆς τρίτης μετὰ τὰς δύο ταύτης ἐνστήσασθαι τὴν ἀρχήν, ὡς πρώτης ῥητόν τι ἐχούσης καὶ σύμμετρον πρὸς ἀνθρώπων ἀκοάς. οὗτος γὰρ ἦν ὁ πολυτίμητος ἐν ἐκείνῃ Χρόνος ἀγήραος καὶ Αἰθέρος καὶ Χάους πατήρ.* Atque ut credam in Damascii fonte Chronum *ἀρσενόθηλυν* dictum esse, ea praeterea causa adducor, quod Phanetem hac significatione non caruisse versus docet:

θῆλυς καὶ γενέτωρ κρατερὸς θεὸς Ἠρικαπαῖος

---

[33]) Doleo Mayerum causas cur Phanetem demum ex Chroni figura derivatum esse statuerit prorsus reticuisse. Grato autem animo accipiamus quae de Typhonis Hesiodei similitudine cum Orphicorum illo numine Mayerus l. l. monuit, quibus illa augentur quae de Orphicorum studiis Hesiodeis Schoemannus op. ac. II 17 ss. exposuit.

(Procl. Plat. Tim. 130 F p. 308 Schn. fr. 62 Abel). Tum etiam maior utriusque dei similitudo existit. Quae cum ita se habeant, quem ad finem perducti simus, vides; dubitari enim nequit quin ea, quae de Chrono in theogonia Hieronymiana dicuntur, imitatorem redoleant, cum non intellegatur, cur Chronus tam varie ac mirifice ornatus sit? Sed simplicior Chroni descriptio in Rhapsodiis est, *μέγας πολυτίμητος ἀγήραος* dicitur, nihil amplius; atque Herculis nomen plane omittunt Neoplatonici, cum Rhapsodiarum versus afferunt Lob. 490. Simpliciorem autem fabulam antiquiorem esse per se patet.

Sed etiam alia nos adducunt ut theogoniam Hieronymianam Rhapsodiis esse recentiorem statuamus. Quare illius exordium accurate examinemus! Cum Rhapsodias a Chrono ipso ad quem omnium rerum principium referunt incipere supra viderimus, theogonia Hieronymiana aquam ex quo limus consistit principium statuit. Si Damascio credimus, iam initio de terra erat dictum. Sed hoc quoque loco Damascium fontem non integrum esse suspicor, quem si sequimur intellegi nequit, qua ratione Hieronymus illo ovo usus sit, cum et ex Damascio et paulo clarius ex Athenagorae verbis eluceat, sub ovi specie mundum qui ex caelo et terra consistat intellegendum esse. Si iam ex limo terra coaluit, quam ob rem illud ovum introducitur? Nam non solum ut Phanes ex ovo erumpat sed imprimis ut mundi elementa fiant ovum a Phanete fit. Ex ipso autem Damascio demonstrari posse commenticiam esse primigeniam dyadem H. Dielesius me monet. 'Nam Damascius dicit *ὕλη ἐξ ἧς ἐπάγη ἡ γῆ*, neoplatonice terrae concretae anteponens abstractam materiam atque inde artificiosius primam monada elicit: ergo Athenagorae forma sola integra est.'

In theogonia Hieronymiana (*ἀμέλει καὶ κατὰ ταύτην* Dam.) gignit Chronus Aethera Chaos Erebos ovum. Scio Damascii verba longe aliter explicari a nonnullis viris doctis, sed de his rebus recte iudicavit Schusterus p. 82, praeterquam quod egregie falsus est, cum vestigium alterius Chroni partus (*Αἰθέρος Χάους Ἐρέβους*, nam de ovo nulla relinquitur

dubitatio) in Athenagora remansisse professus est. Sed iam cetera examinemus argumenta, quae contra Rhapsodiarum fidem protulit Schusterus. Cuius errores priusquam persequar, de versu difficili, qui iam Lobeckium offenderat, pauca monere liceat. Nam Schusteri error non solum ipsi nocuit, sed etiam Abelium in erroris societatem traxit. Inveniuntur enim ap. Athenagoram l. l. p. 96 Otto de monstro quodam portentoso hi versus:

ἂν δὲ Φάνης ἄλλην γενεὴν τεκνώσατο δεινήν
νηδύος ἐξ ἱερῆς προςιδεῖν φοβερωπὸν ἔχιδναν,
ἧς χαῖται μὲν ἀπὸ κρατὸς καλόν τε πρόσωπον
ἦν ἐςιδεῖν, τὰ δὲ λοιπὰ μέρη φοβεροῖο δράκοντος
αὐχένος ἐξ ἄκρου.

Hi tantum versus, quos unus Athenagoras posterorum memoriae tradidit, de horrido illo Phanetis partu dicunt. Statim exoritur quaestio, quidnam sit hoc monstrum inauditum. Audiamus responsum viri de Orphicis ante omnes meriti. Intellegit Lobeckius Noctem Phanetis filiam; de prima autem Phanetis prole, quam secuta est haec *ἄλλη*, nihil habet compertum [34]). Ego vero nunquam mihi persuadere potui, iure in his versibus Noctem intellegi ac censeo Schustero accuratissime inquirendum fuisse, utrum alius Phanetis partus intellegi possit ac Nox necne, priusquam confugeret ad coniectandi remedium. Primum meminerimus, quomodo Noctem Phanetis filiam descripserint vates Orphici, cf. supra p. 17 ss. Videmus illic descriptam deam augustam et ipsa aetate reverendam. Potestne, obsecro te, in illius monstri figura haec dea agnosci? Num serpentem illum

---

[34]) Plauserunt Lobeckio Zellerus I [4] 85 et Fuggerus *Eros* p. 22; multo autem inconsideratius Schusterus p. 83 sic argumentatur: 'Lobeckius ipse se nescire concedit, quem antea partum Phanes ediderit. Quid igitur, si illo versu non de Phanetis prole, sed de Chroni quadam progenie post Phanetem edita sermonem esse sumamus?' Coniectura ergo vexat versus traditos et abit in ineptias de quibus posthac videbimus.

portentosum Saturnum *τρέφειν ἠδ' ἀτιτάλλειν* (fr. 114 Ab.) credis? Num *ἔχιδνα* illa horribilis dici potest (fr. 118)

Μαῖα θεῶν ὑπάτη Νὺξ ἄμβροτος?

Praeterea cum permulti extent Orphicorum versus de Nocte, nullus invenitur quo ei serpentis species tribuatur. Nonne hoc permirum esset, si re vera illa *ἔχιδνα* esset Nox Phanetis filia?

Noli mihi respondere etiam patrem Noctis, qui in capite *δράκοντα πελώριον* (fr. 36) habet, simillimum esse illi *ἐχίδνῃ*. Nam aliter prorsus de Phanetis figura a Damascio accuratissime descripta iudicandum esse iam p. 26 s. Proclum et Zellerum secutus monui. Novam de *ἐχίδνῃ* opinionem proferre audeo. Scribo *Ἔχιδναν* cum Eschenbachio Epigenes 98 et intellego non serpentem, sed figuram mythologicam de qua testimonia tibi afferam [35]). Si *Ἔχιδνα* cognomen numinis cuiusdam sane monstrosi est, facile refellitur coniectura quaedam H. van Herwerdeni qui in Hermae V 140 pro *ἀπὸ κρατὸς* (v. 3) temptat *παρθενικῆς*, quia verba desiderat, quibus appareat *ἐχίδνης* caput fuisse mulieris. Hesiodus autem primus *Ἔχιδναν* in poesin theologicam seu theogonicam induxisse videtur. Leguntur enim in theogonia vss. 295 ss. Rz.

ἡ δ' ἔτεκ' ἄλλο πέλωρον, ἀμήχανον, οὐδὲ ἐοικός
θνητοῖς ἀνθρώποις οὐδ' ἀθανάτοισι θεοῖσι
σπῆϊ ἔνι γλαφυρῷ θείην κρατερόφρον' Ἔχιδναν,
ἥμισυ μὲν νύμφην ἑλικώπιδα καλλιπάρῃον,
ἥμισυ δ' αὖτε πέλωρον ὄφιν δεινόν τε μέγαν τε
ποικίλον ὠμηστὴν ζαθέης ὑπὸ κεύθεσι γαίης.

. . . . . .

ἡ δ' ἔρυτ' εἰν Ἀρίμοισιν ὑπὸ χθόνα λυγρὴ Ἔχιδνα,
ἀθάνατος νύμφη καὶ ἀγήραος ἤματα πάντα.

Vide quomodo cum Hesiodo consentiat vates Orphicus:

προςιδεῖν φοβερωπὸν Ἔχιδναν,
ἧς χαῖται μὲν ἀπὸ κρατός, καλὸν δὲ πρόσωπον
ἣν ἐςιδεῖν, τὰ δὲ λοιπὰ μέρη φοβεροῖο δράκοντος
αὐχένος ἐξ ἄκρου.

---

[35]) Zoëga quoque recte de hac re iudicavisse videtur *Abhdlg.* 254.

Ἐχίδνης patrem apud hunc Phanetem esse fragmentum ipsum docet. Inde oritur quaestio, quinam parentes eius apud Hesiodum intellegendi sint. Nam illud *ἡ δὲ* (v. 295) et ad *Κητῶ* et ad *Καλλιρρόη* referri potest cf. de hoc Hesiodi loco difficillimo Meyerum De comp. theog. Hesiod. p. 16 ss. Recte autem statuit Schoemannus in theogoniae Hesiodeae interpretatione (1868) p. 161, cum Phorcynis et Cetus filiam Echidnam illam esse censet, cf. Flachium in cosmogon. Hesiodea (1874) p. 84 et L. de Sybel in Roscheri lexico mythologico s. v. 1212 s. — Fulcitur Schoemanni sententia quam maxime hoc Pherecydis Lerii fragmento (apud Sturzium p. 89 fr. IX): *Φερεκύδης ἐν δευτέρῳ Τυφῶνος καὶ Ἐχίδνης τῆς Φόρκυνός φησι τὸν ἀετὸν τὸν ἐπιπεμφθέντα Προμηθεῖ.* Omnes scriptores, a quibus *Ἐχίδνης* mentio fit, in hunc locum congerere non e re est. Unius Epimenidis testimonium proferre mihi liceat: Pausan. VIII 18, 2: *Ἐπιμενίδης δὲ ὁ Κρὴς εἶναι μὲν καὶ οὗτος θυγατέρα Ὠκεανοῦ τὴν Στύγα ἐποίησε, συνοικεῖν δὲ αὐτὴν οὐ Πάλλαντι, ἀλλὰ ἐκ Πείραντος Ἔχιδναν τεκεῖν, ὅςτις δὴ ὁ Πείρας ἐστί;* cf. infra. De Epimenidis aetate in capite secundo videbimus; eum Orphicorum doctrinam secutum esse fragmenta docent. Duo igitur habemus testimonia *Ἐχίδνης* monstri: antecedit Orphicis Hesiodus, succedit Epimenides. Echidnam autem apud Orphicos Phanetis filiam fuisse vix mirum tibi videbitur esse, si apud L. de Sybel l. l. didiceris quam variae sint huius monstri genealogiae. In eo omnes consentiunt poetae, qui de *Ἐχίδνῃ* agunt, quod chthonicam vim ei inesse indicant. Quam rem significat serpentis forma. Similes figurae mythologicae sunt Typhon (Mayeri *Giganten und Titanen* p. 274 ss.) et Ophioneus (cf. infra).

Tandem redeamus ad Orphicorum fragmentum ipsum, nam nondum omnia absoluta sunt. Phanes igitur generat post Noctem Echidnam. Obversatur vati Orphico locus ille Hesiodeus, quam rem et monstri descriptio et primus versus *ἂν δὲ Φάνης ἄλλην γενεὴν τεκνώσατο* ... significant. Hesiodus enim: *ἡ δ' ἔτεκ' ἄλλο πέλωρον.* Difficultates autem maximas interpretibus fecit versus primi primum verbum quod unus

G. Hermannus retinuit sicut in codicibus legitur. Quod suadet horum versuum epicorum similitudo, Hom. Ψ 812 ἂν δ' ἄρα Τυδείδης ὦρτο κρατερὸς Διομήδης, 882 ἂν δ' ἄρα Μηριόνης πελέκεας δέκα πάντας ἄειρεν, β 416 ἂν δ' ἄρα Τηλέμαχος νηὸς βαῖν', ἦρχε δ' Ἀθήνη, Apollon. Rhod. Arg. I 494 ἂν δὲ καὶ Ὀρφεὺς λαιῇ ἀνασχόμενος κίθαριν πείραζεν ἀοιδῆς. Ergo sive ἂν — τεκνώσατο 'sursum edere' sive 'iterum edere' interpretaris, nulla coniectura[36]) opus est, praesertim si meam sequeris opinionem de Ἐχίδνῃ. Vidimus igitur, quid de Ἐχίδνῃ iudicandum sit, ac perspeximus Schusterum sine ulla causa statuisse vestigium alterius Chroni partus (Αἰθέρος Χάους Ἐρέβους) in Athenagorae oratione remansisse.

Sed ut revertamur ad ea unde orti sumus, videamus de aqua quam in theogonia Hieronymiana ante Chronum Aethera Chaos ovum comprehendimus. Quid enim faciamus cum hoc rerum principio? Prorsus nescimus; nam permira est explicatio Schusteri p. 84: 'Primum erat Aqua et Limus, deinde Tempus et Modus spatia potissimum finiens, porro Aether madidus et Chaos magis ex aridis elementis constans'. Quomodo differunt ὕδωρ καὶ ἰλὺς et Chaos magis ex aridis elementis constans inter se? Immo si ὕδωρ et ἰλὺς iam per se extant, nonne illud Χάος regressum merum significat? Hic quoque vestigia detegere mihi videor, quibus demonstretur theogoniae Hieronymianae auctorem Rhapsodias secutum esse; nam in his omnia clara et aperta, in illa

---

[36]) Proponit Schusterus p. 83 (cf. p. 32 adn. 5) pro ἂν δὲ Φάνης: σὺν δὲ Φάνητ' . . . Nonne Lobeckii verbis cautis: 'de prima Phanetis prole, quam secuta est haec ἄλλη, nihil compertum habemus' plaudere mavis quam Chroni fingere partum inauditum? Nam futtilia sunt quae Schusterus de Chroni partu disseruit. Hoc praeterea tenendum est a Chrono Phanetem non gigni sed ab eo ovum fieri ex quo erumpit deus ille primigenius. Porro Schusterus p. 83 Ἔρεβος cum Nocte confundit: aliud autem Ἔρεβος aliud Noctem esse significat Hesiodi versus:

ἐκ Χάεος δ' Ἔρεβός τε μέλαινά τε Νὺξ ἐγένοντο.

Praeterea omnia quae contra Lobeckium exposui cadunt in Schusteri sententiam.

. undique corrasa et conglutinata. Velut ipsum illud m ex philosophis sumpsit Hieronymus. De Zenone m audimus ap. schol. Apollon. Rhod. I 498 p. 329, 31 *καὶ Ζήνων δὲ τὸ παρ' Ἡσιόδῳ χάος ὕδωρ εἶναί φησιν, νιζάνοντος ἰλὺν γίνεσθαι, ἧς πηγνυμένης ἡ γῆ στερεμνι-* cf. Flachii *Glossen und Scholien zur Hesiodeischen ıonie* p. 37. At iam antiquissimis philosophiae tem- ıs hanc doctrinam pernotuisse docent Xenophanes olyt. I 14 Doxogr. 566, 1 Zellerus I [4] 498) Democritus ıs Plac. III 13, 4 Doxogr. 378, 16 cf. Plac. I 4, 4 Doxogr. 26 Zellerum I [4] 799) Anaxagoras (Hippolyt. I 9, 2 gr. 563, 18 cf. Schaubachii Anaxagorae fragm. p. 131 ss.) 'Sed etiam Adrastea movet suspitionem; nam quam vacua sit haec Chroni coniux, ex eis elucet quae de ıi partu leguntur. Omnia Chronus facit solus, nihil . cum Adrastea, de qua in Rhapsodiarum fragmentis audimus, nam non eadem est Adrastea Melissi filia fr. 109. 110. 111 cf. infra. Coniectari igitur potest team aliunde ab Hieronymo arcessitam esse, ac fontem indicavit Hermannus Dielesius. Si enim cum Damascii ı *συνεῖναι δὲ αὐτῷ τὴν Ἀνάγκην, φύσιν οὖσαν, τὴν καὶ Ἀδράστειαν, ἀσώματον διωργυιωμένην ἐν παντὶ ὁσμῳ τῶν περάτων αὐτοῦ ἐφαπτομένην* contuleris Rep. X 616 c: *ἐκ δὲ τῶν ἄκρων τεταμένον Ἀνάγκης τον, δι' οὗ πάσας ἐπιστρέφεσθαι τὰς περιφοράς,* nihil ıaerebit dubii quin Platonis celeberrimum hunc locum iat theogoniae Hieronymianae fabricator. Sin vero ıi Orphica ante oculos obversata esse credas, idem s, quod volumus, imitatorem antiqui carminis Orphici Hieronymum.

Si igitur recte exposui Rhapsodias a theogoniae [illegible] ınae auctore ad carmen theogonicum pangendum itas esse, devecti sumus ad opinionem a Schusteri sen- . prorsus diversam qui Phanetis cataposin ex theogonia m Hieronymiana in Rhapsodias transmigrasse p. 33 cit, postquam iam Schoemannus op. ac. II 16 similia atus est. Ut autem demonstrem qualibus causis

Schusterus usus sit unam profero. Legimus apud eum p. 90 adn. 1: 'Stoici Iovem τοὺς σπερματικοὺς λόγους continere dixerunt (cf. Ritter - Prelleri Hist. phil. [3 ed. Gothae 1864] N. 480 p. 443), Orpheus Hellanici autem canit

Μῆτιν σπέρμα φέροντα θεῶν κλυτόν, ὅν τε Φάνητα κτλ.

Agl. p. 481. Haec enim ex Hellanici theogonia in Rhapsodias traducta esse, mihi persuasum est'. Pauca respondenda sunt. Primum nescio qua causa Schusterus adductus sit ut in Hellanici theogonia lectum esse crederet hunc versum, quem ex Rhapsodiis desumptum esse Proclus et Damascius multis locis testantur cf. fr. 61 Abel. Tum si constaret in Rhapsodiis et in Hellanici theogonia hunc versum infuisse, facillime etiam contrarium concludi posse intellegis; Stoicae autem doctrinae nihil his versibus inest, nisi forte stoicissant Aeschylus Choeph. 503 καὶ μὴ 'ξαλείψῃς σπέρμα Πελοπιδῶν τόδε Euripides Bacch. 35 πᾶν τὸ θῆλυ σπέρμα Καδμείων. Anaxagoras σπέρματα πάντων χρημάτων Schaubach. fr. 3 p. 85 Plato Legg. IX 853 c. ἄνθρωποί τε καὶ ἀνθρώπων σπέρμασι νομοθετοῦμεν [37]).

De aliis causis quibus probatur Hieronymi theogoniam posterioris temporis fetum esse accuratius disserere nolui quia inter omnes viros doctos constat eam aetatis Alexandrinae signa prae se ferre. Quare satius duco te ad Zellerum mittere, qui etiam de Hellanici et Hieronymi nominibus ac personis accurate egit [38]). Cecidit igitur opinor ad irritum unum et gravissimum e Schusteri argumentis quibus Phanetis cataposin in Rhapsodiis infuisse negare studuit; manifestum est et hoc quidem demonstrasse mihi videor Schusterum nullo modo evicisse Phanetem ex theogonia Hieronymiana in Rhapsodias transmigrasse. Immo contrarium verum est

---

[37]) Consentio igitur hac in re prorsus cum Gruppio p. 652 qui in adnotatione 41 egregie has Schusteri ariolationes explosit.

[38]) De Damascii verbis ἡ κατὰ τὸν Ἱερώνυμον φερομένη καὶ Ἑλλάνικον (sc. θεολογία) cf. Gruppium p. 633. Quae autem idem vir doctissimus p. 657 contra Zelleri argumentationem protulit probari mihi nullo modo possunt.

ɔt extra omnem dubitationis aleam positum, Rhapsodiis ısum esse Hieronymum. Cuius theogoniam quoniam post nedium a. Chr. saeculum secundum conflatam esse satis constat, ante hoc certe tempus Phanetis fabulam et cum ea Rhapsodias extitisse apparet.

At multo latius progredi licet. Lobeckius enim Phanetis *καταπόσεως* iam in Orphei libro a Platone lecto mentionem factam esse contendit aliosque scriptorum locos, quibus Phanetis fabulam notam esse dicit, addit. Hic autem Platonis locus gravissimus est Legg. IV 715 E: *ὁ μὲν δὴ θεός, ὥςπερ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχήν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχων, εὐθείᾳ περαίνει κατὰ φύσιν περιπορευόμενος· τῷ δ' ἀεὶ ξυνέπεται δίκη τῶν ἀπολειπομένων τοῦ θείου νόμου τιμωρός.* Ad haec verba confer scholiastam ap. Bekk. III 2, 451 ap. Herm. 379 Abel fr. 33 Lob. 530: *θεὸν μὲν τὸν δημιουργὸν σαφῶς, παλαιὸν δὲ λόγον λέγει τὸν Ὀρφικὸν ὅς ἐστιν οὗτος·*

Ζεὺς ἀρχή, Ζεὺς μέσσα, Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται,
Ζεὺς πυθμὴν γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος.

καὶ ἀρχὴ μὲν οὗτος ὡς ποιητικὸν αἴτιον, τελευτὴ δὲ ὡς τελικόν, μέσσα δὲ ὡς ἐξ ἴσου πᾶσι παρών, κἂν πάντα διαφόρως αὐτοῦ μετέχῃ. Hi versus theogoniae Orphicae longe conclamatissimi sunt; cohaerent enim in Pseudo-Aristotelis libello de mundo p. 401 a 27 sq. cum quibusdam versibus, quibus Phanetis *κατάποσιν* significari verisimillimum est:

πάντας γὰρ κρύψας αὖθις φάος ἐς πολυγηθὲς
ἐξ ἱερῆς κραδίης ἀνενέγκατο μέρμερα ῥέζων.

Atque re vera et hos duos versus et illum

Ζεὺς ἄρσην γένετο, Ζεὺς ἄμβροτος ἔπλετο νύμφη

ad Phanetis cataposin referunt multi, quorum conspectum ap. Lob. 529 ss. invenies. Quaeritur igitur, utrum cum versu illo a Platone Aristoxeno Pseudo-Demosthene aliis lecto tam arte hi qui ad Phanetem spectant cohaereant, ut appareat eos quoque in carmine quod Plato teneret infuisse, an causae graves extent quae hanc rem cogitari posse praefracte vetent. Non abnuit Schusterus p. 37 inter tot versus

a Pseudo-Aristotele Apuleio Clemente Alexandrino Porphyrio Stobaeo asservatos nonnullos latere qui iam a vetere Orpheo procusi sint; recte contendit versus

πάντας γὰρ κρύψας αὖθις φάος ἐς πολυγηθὲς
ἐξ ἱερῆς κραδίης ἀνενέγκατο μέρμερα ῥέζων . . .

quandam antiquitatis speciem praebere (cf. Hesiod. theog. v. 157, 460, 487, 495, 886—900, 924). Sed omnia in coniectura incertissima posita sunt, quae Schusterus de loco, quo versus illi Orphici primum lecti sint, exposuit. Nam nulla causa ab eo prolata est, unde eluceat hos versus a theogoniae Hieronymianae auctore demum factos tum in Rhapsodias irrepsisse. Ne ego quidem negaverim, eum, qui hos versus fecerit, Hesiodi illum locum de Metidis cataposi imitatum esse, sed cur hoc omnium theologorum longe celeberrimo iam saeculo septimo vel sexto alium quendam theologum usum esse negemus? Nonne theogoniae Hesiodeae vestigia apud omnes theologos usque ad remotissima Graecorum tempora extant? Ex hac igitur imitatione nihil de theogoniae rhapsodicae auctore vel aetate concludi potest. Nec firmius alterum Schusteri argumentum est; nihil enim ex ea re lucramur, quod versus illi, qui satis aperte Phanetis cataposin significant, ab aliis paulo aliter afferuntur. Ac postquam Lobeckius p. 527 ss. de discidio scriptorum hos versus afferentium egregie ut solet egit, nihil antiquius habeo quam ut te mittam ad Aglaophamum. Quare in hanc dissertationis Schusterianae partem accuratius inquirere nolo, quia me taedet res tractare quas nulli a Schustero probatas esse arbitror.

Illos autem versus quibus Iovis omnia in se complectentis potentia celebratur apud veteres conclamatissimos fuisse ex locis a Lobeckio p. 530 ss. collectis elucet, quorum plerosque cur novissimus Orphicorum editor neglexerit haud perspicio. Si eos apud tot et tam diversi generis scriptores allatos invenis, vix est cur mireris, quod ab aliis alio modo laudantur et per tam multa saecula propagati diversum in modum mutati sunt. Neque inauditum neque incredibile est

a posterioribus scriptoribus novos additos esse, id quod cadere videtur in versus ab Eusebio et Stobaeo allatos, contra ei, quorum mentio apud Proclum fit, nihil offensionis praebêre videntur ita ut iis nullo modo impediamur quominus theogoniam ἐν ῥαψῳδίαις φερομένην Platone antiquiorem putemus. Eorum autem locorum, qui illos Orphicorum versus de Iovis potentia spectant, longe gravissimi duo sunt, e quibus unus invenitur in Pseudo-Demosthenis oratione prima in Aristogitonem I § 8: *βουλοίμην δ' ἄν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πρὸ τοῦ περὶ τῶν ἰδίων ἐμὲ τῶν τουτουὶ λέγειν, σπουδάσαντας ὑμᾶς ἐξετάσαι διὰ βραχέων εἰς ὅσην αἰσχύνην καὶ ἀδοξίαν προῆχε τὴν πόλιν δημοσίᾳ πάντα τὰ τοιαῦτα θηρία, ὧν μέσος καὶ τελευταῖος καὶ πρῶτός ἐστιν οὗτος. καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐάσω· ἀλλ' εἰς τὰς ἐκκλησίας* ..... § 11 *πάντα τὰ τοιαῦτα ἔθη παριδόντας ὑμᾶς τήμερον ὀρθῶς δεῖ δικάσαι, τὴν τὰ δίκαια ἀγαπῶσαν Εὐνομίαν περὶ πλείστου ποιησαμένους, ἣ πάσας καὶ πόλεις καὶ χώρας σώζει, καὶ τὴν ἀπαραίτητον καὶ σεμνὴν Δίκην, ἣν ὁ τὰς ἁγιωτάτας ἡμῖν τελετὰς καταδείξας Ὀρφεὺς παρὰ τὸν τοῦ Διὸς θρόνον φησὶ καθημένην πάντα τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐφορᾶν* ..... De huius orationis auctore magnam inter viros doctos controversiam ortam esse video nec cum Henrico Weilio (*Revue de philologie* VI 1 ss.) post H. Lipsii operam (Studia Lipsiensia VI p. 319 ss.) eam Demostheni abiudicandam nego. Sed eam multo ante Neoplatonicorum tempora a rhetore quodam factam esse Dionysii Halicarnassensis iudicio(de veterum testimoniis confer Stierium De scriptore prioris adversus Aristogitonem orationis quae Demosthenis esse fertur. Diss. Halensis 1884) confirmatur, neque ut eam ultra aetatem Alexandrinorum relegemus ulla est causa. Eisdem fere temporibus quibus haec oratio scripta est Archytae fragmenta quae feruntur confecta esse videntur, e quibus unum (ap. Iamblich. Protr. c. IV 160 Lob. 530) *ὁ θεὸς ἀρχά τε καὶ τέλος καὶ μέσον ἐστὶ πάντων τῶν κατὰ δίκαν περαινομένων* huc facit. Utroque enim loco reducimur ad Platonis Legum locum unde egressi sumus. Nam luce clarius est Pseudo-Demosthenem et Archytam eosdem versus respicere ac Platonem. Quos ex Orphei theogonia sumptos

esse et scholiasta cuius verba p. 35 attuli et Proclus (Theol. Plat. VI 8, 363 Lob. 530) testantur: *λέγει ὁ θεολόγος*

Ζεὺς ἀρχὴ Ζεὺς μέσσα Διὸς δ' ἐκ πάντα πέφυκε

καί μοι δοκεῖ καὶ ὁ Πλάτων εἰς ἅπασαν τὴν Ἑλληνικὴν θεολογίαν ἀποβλέπων καὶ διαφερόντως εἰς τὴν Ὀρφικὴν μυσταγωγίαν ἀνειπεῖν ὡς ἄρα ὁ παλαιὸς λόγος τὸν θεόν φησιν ἀρχὴν καὶ μέσα καὶ τελευτὴν ἁπάντων ἔχειν — — καὶ Δίκην ἔχειν ὀπαδόν. At Orphei versus quos Proclus et scholiasta dicunt in Rhapsodiarum fragmentis quae supersunt re vera inveniuntur fr. 125. 126 Abel, Procl. Theol. Plat. VI 8, 363: *ὁ δὲ Ὀρφεὺς καὶ διαρρήδην εἰς τὸν τῶν ὅλων ἀναπέμπει δημιουργόν (τὴν Δίκην). ἤδη γὰρ αὐτῷ βασιλεύοντι καὶ διακοσμεῖν ἀρχομένῳ τὸ πᾶν ἕπεσθαί φησι τὴν ὅλην Δίκην·*

Τῷ δὲ Δίκη πολύποινος ἐφείπετο πᾶσιν ἀρωγός,

cf. quae de hoc versu infra exponam, praeterea Procl. Plat. Alc. III p. 70, Tim. 310 D p. 753 Schn., quem locum verbo tenus afferre mihi liceat, quia inde intellegitur etiam Proclum Orphei locum cum illo Platonis contulisse: *τὴν δὲ δίκην συνιάττει τοῖς ἐγκοσμίοις θεοῖς, εἰκότως. ἔστι μὲν γὰρ ὀπαδὸς τοῦ Διός, ὥς φησιν ὅ τε Ὀρφεύς, ὅταν λέγῃ 'τῷ δὲ Δίκη πολύποινος* (codd. *πολυπόνος*) *ἐφείπετο'* (codd. *ἐφέπετο*), *καὶ ὁ Ἀθηναῖος ξένος* (Pl. Legg. IV 716 A) *'τῷ ἀεὶ συνέπετο Δίκη', συνιδρυμένη δὲ τοῖς ἐγκοσμίοις θεοῖς καὶ συγκατευθύνουσα τὸ πᾶν κατ' ἀξίαν,* Lob. 532 s. (cf. etiam 532 adnot. f.). *Νόμος* quoque occurrit et apud Platonem (*τοῦ θείου νόμου τιμωρός*) et in Orphicorum fragmentis Procl. Plat. Tim. II 96 BC p. 226 Schn. Lob. p. 533; cf. Chr. Petersenum in Actis conv. philolog. Hannov. 1864 p. 126. His cum locis Schoellius in Procli commentario in Plat. Rempublicam p. 96, 27 confert hunc Procli l. l. locum: *τὸν δὲ δὴ Νόμον τοῦτον ἅτε θεὸν ἡγεῖσθαι συνοχέα τῶν τε εἱμαρμένων νόμων, οἷς ὁ ἐν Τιμαίῳ* (p. 46 e) *δημιουργὸς ἐγγράφει ταῖς ψυχαῖς, καὶ τῶν εἰς πᾶσαν τὴν τοῦ κόσμου πολιτείαν διατεινόντων, ἠκούσαμεν πολλάκις τῶν τε θεολόγων αὐτὸν ἐξυμνούντων καὶ τοῦ Πλάτωνος ἔν τε Γοργίᾳ καὶ ἐν Νόμοις* cf. Lob. 514.

Iam videamus quid Abelius Schusteri rationem secutus de horum locorum consensu statuerit. Dicit p. 157 adn. 1: 'Versus quos Plato respicit (*Ζεὺς ἀρχή* etc.) auctor theogoniae rhapsodicae recepit' — scilicet ex 'antiquissima theogonia' quam Schusterus finxit. Concederem, si ab illis viris doctis probatum esset, Rhapsodias posterioris temporis fetum esse, et si planum factum esset ante Rhapsodias aliam Orphei theogoniam extitisse, cuius vestigia a Schustero detecta nulla sunt (cf. infra de Eudemi quae fertur theogonia). Habemus versus Orphei ipsos apud Proclum, quid cunctamur eos veteri Rhapsodiarum theogoniae adscribere, quid fugimus ad coniecturas non solum supervacuas sed etiam falsas? Nam meliore opinor iure quam Schusterus suam de Rhapsodiis sententiam publice professus est, contendo in eis Orphicorum fragmentis quae certissima coniectura ad theogoniam *τὴν ἐν ταῖς ῥαψῳδίαις φερομένην* referuntur nullum extare versum, qui in theogonia a Platone lecta inesse non potuerit. Quamquam post Platonis tempora interpolatorem quendam hic illic forsitan quaedam inseruisse haud negaverim (cf. p. 37); nullum enim opus Graecorum vel Romanorum nobis sine interpolationibus traditum esse nemo ignorat. Argumenta autem e silentio petita, quibus Schusterus aliique usi sunt, hac in re nihil valent. Nam quod ab Aristotele — ut hoc utar — fere nunquam horum theologorum versus afferuntur, nemo mirabitur qui in mente habebit illius superbe dictum: *περὶ μὲν τῶν μυθικῶς σοφιζομένων οὐκ ἄξιον μετὰ σπουδῆς σκοπεῖν* Met. B 4, 1000 a 18. Nec minus hoc cadere videtur in Aristotelis praeceptorem, cf. Rep. II p. 364 et ea quae ex Theaeteto 180 CD recte conclusit Krischeus *Forschungen* I 35 adn. 1 [39]).

De Zagreo autem quae exposuit Schusterus a Susemihlio in Fleckeiseni annali CIX (1874) p. 672 felicissime refutata sunt ita ut in re aperta longus esse nolim. Causae enim quibus in antiquissima theogonia Orphica Zagrei mentionem

---

[39]) De Apollonio Rhodio ac Nigidio Schusterus p. 41 recte iudicasse videtur; prorsus aliter iudicat Zoëga l. l. 216. Cf. Gruppium p. 656.

nondum factam esse Schusterus demonstrare studuit nullae sunt; nam nulla obstat res quominus in theogonia a Platone lecta iam Zagrei fabulam commemoratam esse arbitremur, quamquam vehementer dubito num Euthyphronis locus notissimus p. 6 B (*καὶ ἔτι γε τούτων θαυμασιώτερα, ὦ Σώκρατες. ἃ οἱ πολλοὶ οὐκ ἴσασιν*) de Saturni exsectione et Zagrei interfectione intellegi possit sicut Lobeckius p. 602 vult. Cf. Schusterum p. 14. Gravissimus autem de Zagreo locus extat apud Pausaniam VIII 37, 5 (cf. Kalkmanni Pausaniam periegetam p. 236), unde elucet Onomacritum de Bacchi caede cecinisse. Eodem tempore quo Onomacritus vixit Alcmaeonidem esse scriptam verisimile est ex qua servatus est versus *Πότνια Γῆ Ζαγρεῦ τε θεῶν πανυπέρτατε πάντων* Kinkel fr. 3; cf. de Zagreo praeter Lobeckium p. 601 ss. imprimis Wilamowitzium in Homericis p. 214.

Iam vero Schusteri calumniis profligatis liberiore animo tertiam huius commentationis partem adgrediamur, ubi Platonis Aristophanis aliorum locos eos examinabimus quibus haud dubiis verbis theogoniae Orphicae mentio fit vel eam significari certissima concludimus coniectura. Nullum autem extare Platonis locum qui cum eis quae ex Rhapsodiis tradita sunt dissentiat planum fiet. Immo nonnulli sunt qui tam accurate Rhapsodiarum versus quosdam respicere videntur, ut Schusterus conicere coactus sit nonnullos versus ex theogonia antiquissima a Platone lecta in Rhapsodias translatos esse.

Primus Cratyli locus est de quo Schusterus p. 5 dixit. Sunt autem verba p. 402 B (Abel fr. 32) *Ὥςπερ αὖ Ὅμηρος Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσίν φησι καὶ μητέρα Τηθύν· οἶμαι δὲ καὶ Ἡσίοδος. λέγει δέ που καὶ Ὀρφεύς, ὅτι*

Ὠκεανὸς πρῶτος καλλίρροος ἦρξε γάμοιο,
ὅς ῥα κασιγνήτην ὁμομήτορα Τηθὺν ὄπυιεν.

Quos versus ut cum Lobeckio Rhapsodiarum theogoniae attribuendos esse negaret Schusterus, duobus imprimis

causis adductus est. Suspicionem maximam illud ei movit, quod nec Proclus, cui theogoniae rhapsodicae plurima fragmenta debemus nec ceteri Neoplatonici illos versus unquam afferunt. At primo respiciendum est nonnullos Neoplatonicorum libros ineditos in bibliothecis hodie asservari, ita ut facile liber quidam in lucem protrahi possit, quo Proclus vel alius Neoplatonicus illorum versuum mentionem faciat [40]). Tum Proclus in commentario in Cratylum Orphei versus a Platone allatos in theogonia, quae ipsi nota erat, lectos esse silentio ipso probasse videtur. Quid enim interpreti de Orphei versibus dicendum erat, quos Plato ipse iam laudaverat? Illud igitur argumentum ex silentio solum petitum leve est. Iam videamus alterum, quod ut refellamus pluribus verbis opus est. Schusterus enim Timaei quendam locum in discrimen vocat quem a Lobeckio levius strictum esse profitetur. Plato autem l. l. p. 40 D ss. (fr. 31 Abel) dicit: *περὶ δὲ τῶν ἄλλων δαιμόνων εἰπεῖν καὶ γνῶναι τὴν γένεσιν μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς, πειστέον δὲ τοῖς εἰρηκόσιν ἔμπροσθεν, ἐκγόνοις μὲν θεῶν οὖσιν, ὡς ἔφασαν, σαφῶς δέ ποι τοὺς γε αὐτῶν προγόνους εἰδόσιν· — οὕτως οὖν κατ' ἐκείνους ἡμῖν ἡ γένεσις περὶ τούτων τῶν θεῶν ἐχέτω καὶ λεγέσθω. Γῆς τε καὶ Οὐρανοῦ παῖδες Ὠκεανός τε καὶ Τηθὺς ἐγενέσθην, τούτων δὲ Φόρκυς Κρόνος τε καὶ Ῥέα καὶ ὅσοι μετὰ τούτων, ἐκ δὲ Κρόνου καὶ Ῥέας Ζεὺς Ἥρα τε καὶ πάντες ὅσους ἴσμεν ἀδελφοὺς λεγομένους αὐτῶν, ἔτι τε τούτων ἄλλους ἐκγόνους.* Primum quaeritur quinam sint illi auctores deorum filii (*θεῶν ἐκγόνοις, θεῶν παισίν* 40 E). A Platone quidem theogoniam quandam respici — cuius vestigia apud Homerum vix invenies — verba scriptoris ipsa demonstrant. Vehementer

[40]) Quam multi Procli libri temporum iniquitate deperierint notum est cf. I. A. Fabricium Procli philosophi vita scriptore Marino Neopolitano. Hamburgi 1700 p. 107 ss., Zellerum III, 2 [3], 780 adn. 1, Bernaysium *Dialoge des Aristoteles* p. 151 s. Maxime autem dolendum est libros ad Orpheum pertinentes interiisse *Ὀρφέως θεολογίαν* et *Συμφωνίαν Ὀρφέως Πυθαγόρου καὶ Πλάτωνος*. Cf. R. Schoellium in 'Procli commentariorum in Rempublicam partes ineditae' p. 5 adn. 4.

autem dubito an Schusterus iure dixerit de Hesiodo 'ne imprimis quidem' cogitandum esse. Nam quae ex Timaei loci consensu cum Reipublicae II 364 E, ubi *Μουσαῖος καὶ Ὀρφεὺς Σελήνης τε καὶ Μουσῶν ἔγγονοι* commemorantur conclusit ea mihi nullo modo probari possunt. Concedendum est mire concinere duos Platonis locos, hic *ἔγγονοι Σελήνης τε καὶ Μουσῶν* illic *θεῶν ἔκγονοι*; sed paulo levius inde argumentatur Schusterus p. 7: 'Orphei igitur Theogoniam non Hesiodi Plato in Timaeo videtur secutus esse'. Cur enim Orpheus Musaeo praeferendus sit, non intellego; nam quae de Orpheo concedis ea in Musaeum quoque cadere aequum est. At demonstrari potest de Musaeo quidem illo Timaei loco nihil agi. Cuius ex theogonia hoc de Triptolemo heroe illo Eleusinio extat testimonium ap. Paus. I 14, 3 fr. 11 Kink.: *ἔτη δὲ ᾄδεται Μουσαίου μέν, εἰ δὴ Μουσαίου καὶ ταῦτα, Τριπτόλεμον παῖδα Ὠκεανοῦ καὶ Γῆς εἶναι.* Quae verba si conferas cum Timaei illo loco nullam rationem vides stare, qua duo hi loci inter se coniungi possint; nam Terram alterum conubium inire cum suo ipsius filio Oceano unde gignatur Triptolemus cogitari vix potest. Quid ergo inde discimus? Cur de Musaeo dixi? Ea me movit causa, ut tibi ostendam Platonis verba de *ἐκγόνοις θεῶν* sic premi non posse, ut Schusterus voluit. Musaeus ex *θεῶν ἐκγόνων* numero excludendus est. Potest inter eos Orpheus esse, at de hoc uno cogitari non debet, cum plurative dicantur *ἔκγονοι θεῶν*, quam rem Schusterus p. 7 neglexit.

Nolo longus esse in hac re, quia quae Timaei illo loco leguntur mera coniectura ad Orpheum referuntur, quam falsam esse Cratyli loco ex mea quidem sententia ita docemur ut nihil restet dubii. Nam duo hi Platonis loci nullo modo coniungi possunt. Sed ne iniuste in Schusterum invehi videar, paucis exponamus qua ratione idem usus sit ut illos inter se coniungeret [41]). Equidem locum Cratyli cum Timaei consentire nego, cum illic Oceanus et Tethys primi omnium

---

[41]) Schusteri sententiam Gruppius p. 615 sequitur, sed novas causas non addit.

deorum nuptias fecisse dicantur, hic autem idem de Coelo et Terra narretur, quorum ex coniugio illi orti esse finguntur. Conclusit autem Lobeckius ex Cratyli loco Oceanum primum inter fratres Tethyn in matrimonium duxisse. Quod si conceditur, omnis inter utrumque locum consensus tollitur. Schusterus autem cum hoc vidisset, probare studuit Oceanum primum cum muliere consuetudinem habuisse illis versibus non concludendum esse, sed primum iustum et auspicatum matrimonium iniisse, postquam iam antea Coelus cum Terra et aliis deabus concubuerit. Gaudeo me in hac re consentire cum Gisekio *Philologischer Anzeiger* V (1873) p. 22 et Susemihlio l. l. 673 qui has Schusteri rationes ut acute excogitatas ita incredibiles esse profitentur. Schusterus enim ex theogonia rhapsodica unum affert locum, quo simile conubium detexisse sibi visus est. Cogitat de Phanete Noctis patre, de quo ille extat versus apud Proclum in Plat. Tim. 137 B p. 323 Schn.: *'αὐτὸς' γὰρ 'ἑῆς παιδὸς ἀφείλετο κούριον ἄνθος'*. Utinam Schusterus ne confugisset ad Procli interpretationem huius conubii sane ineptissimam! Nam quotusquisque est qui veterem theologum duo conubii genera discrevisse putet? Neoplatonicorum autem opinionibus temere fidem habendam non esse saepe dixi.

Nullam igitur video rationem qua Orphei versus in Cratylo asservatus cum Timaei illo loco coniungi possit atque moneo ne Gisekium quidem quidquam attulisse ad difficultatem de qua egi tollendam. Quodsi Phanes cum filia Nocte — id quod extra ullam dubitationem positum est cf. p. 16 — conubium init et aliud invenitur fragmentum, quo de *πρώτῳ γάμῳ* agitur, quem non eundum esse atque illum apparet, sola Lobeckii relinquitur ratio: hic *πρῶτος γάμος* de fratrum conubio intellegendus est.

Profligata Schusteri sententia de Timaei loco quem coniectura incertissima ad Orpheum referri perspeximus, videamus quid de *θεῶν ἐκγόνοις* iudicandum sit. Novosne *θεῶν ἐκγόνους* quaeramus? Omniane theologorum fragmenta perlustranda sunt, quia fere omnes theologi *θεῶν ἔκγονοι* esse dicuntur? Consideremus hanc rem agi de Platone,

meminerimus quam libere Plato in fabulis componendis aliorum inventis usus sit. Non recte pressit Schusterus illa verba, praesertim cum neminem fugere possit in illa Timaei theogonia res referri, quas in nulla alia tibi occurrere certum sit. Obversatur potius Platoni totum theogoniarum genus, neque de certa quadam theogonia accurate refert. Ex Orphicorum igitur fragmentis hunc Platonis locum expungendum esse censeo.

At revertamur ad Cratyli locum. Nihil vetat Orphei illum versum Rhapsodiis (cf. fr. 95) adscribere, quem re vera ex iis sumptum esse veri simile reddit Gregorius or. XXXI c. 16 (Patrol. Gr. ed. Migne tom. XXXVI p. 149 ss.) *οἵ τε παρ' Ἑλλήνων σεβόμενοι θεοί τε καὶ δαίμονες, ὡς αὐτοὶ λέγουσιν, οὐδὲν ἡμῶν δέονται κατηγόρων, ἀλλὰ τοῖς σφῶν αὐτῶν ἀλίσκονται θεολόγοις, ὡς μὲν ἐμπαθεῖς — — — καὶ οὐ πρὸς ἀλλήλους μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς πρώτας αἰτίας ἀντιθέτως ἔχοντες· οὓς δὴ καὶ Ὠκεανοὺς καὶ Τηθύας καὶ Φάνητας, καὶ οὐκ οἶδα οὕστινας ὀνομάζουσι· καὶ τελευταῖόν τινα θεὸν μισότεκνον διὰ φιλαρχίαν, πάντας καταπίνοντα τοὺς ἄλλους ἐξ ἀπλησιίας, ἵνα γένηται πάντων ἀνδρῶν τε θεῶν τε πατήρ, δυςτυχῶς ἐσθιομένων καὶ ἐμουμένων.*

Tum in censum venit Legum locus de quo p. 35 ss. fusius dixi. Extat autem alter quoque Legum locus quem in Orphei theogoniam quadrare iamdudum intellectum est VII p. 796 B *οὐδ' ὅσα ἐν τοῖς χοροῖς ἐστιν αὖ μιμήματα προςήκοντα μιμεῖσθαι, παρετέον, κατὰ μὲν τὸν τόπον τόνδε Κουρήτων ἐνόπλια παίγνια* .... cf. Lobeckium p. 541. Plura de hoc Platonis loco disserere necessarium non est, quia vel Schusterus ipse profitetur p. 26: 'Verum quod attinet ad Minervae non ortum, sed educationem recens liber propterea mihi antiquae descriptionis colores magis videtur conservavisse, quod iam veterem poetam Curetes cum Atheniensium *Κόρῃ καὶ δεσποίνῃ* coniunxisse cum Proculo ex Platonis Legibus colligere licet'. Incertiore autem ratione ad theogoniam Orphicam referuntur quae de *λεγομένῃ παλαιᾷ Τιτανικῇ φύσει* (Legg. III 701 C) concluduntur atque opinionem a Schustero p. 26 adn. 4 prolatam eis praeferre malim quae

in textu posuit. Idem cadit in Politici locum p. 269—272 cf. Schusterum p. 26.

Largiora autem haurimus ex Phaedri (p. 248 C) quodam loco a Schustero p. 26 allato, de quo cf. Wilamowitzium in Gaedii Demetrii Scepsii fragmentis (diss. inaug. Gryphiswaldensis 1880 fr. 18 p. 24). Quae enim hoc loco de Adrastea dicuntur, conferenda sunt cum eis quae de *Ἀδραστείᾳ ἐκ Μελίσσου καὶ Ἀμαλθείας οὔσῃ περιεκτικῇ καὶ τοῦ Νόμου* in Rhapsodiis canuntur, cf. Lobeckium p. 514 ss., Gaedium l. l., Schusterum p. 66 adn. 4, Abelium fr. 109. 110. Hanc autem Adrasteam Noctis ministram quae valde differt a *διωργυιωμένῃ* illa cum Chrono iuncta, deam vere Orphicam esse fragmenta docent. Cf. Plat. Rep. V 451 A *προςκυνῶ δὲ Ἀδράστειαν, ὦ Γλαύκων, χάριν οὐ μέλλω λέγειν* et Pseudo-Demosthenem c. Aristogit. § 37 *καὶ Ἀδράστειαν μὲν ἄνθρωπος ὢν ἐγὼ προςκυνῶ* quo loco ea confirmari arbitror quae p. 37 monui. Aeschylum quoque a quo theologorum veterum opiniones vehementer respectas esse notum est (cf. infra quae de Aeschyli studiis Pherecydeis exponam), hanc Orphicorum deam in mente habuisse dicentem in Prometheo v. 935

οἱ προςκυνοῦντες τὴν Ἀδράστειαν σοφοὶ

pro certo habeo, nam fere idem quod de Euripidiae Helenae versibus 513 s.

λόγος γάρ ἐστιν οὐκ ἐμός, σοφῶν δ' ἔπος,
δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχύειν πλέον

sagaciter Wilamowitzius in Homericis p. 224 adn. 22 monuit, cadit in illum Aeschyli versum cf. Prometheum v. 105. Quae idem vir illustrissimus de *Ἀνάγκῃ* eodem loco exposuit, egregie disputata sunt praeterquam quod Hieronymi theogoniam ab Euripide ac Platone respectam esse falso coniecit; de Euripidis studiis Orphicis cf. etiam comment. gramm. II p. 6. Plurimos autem ad Adrasteam pertinentes locos collegit Gaedius l. l. ita ut qui in hanc deam accuratius inquirere velit apud eum fere omnia quae huc spectant inveniat. Quorum ex numero unum hic affero, quia satis

aperte ad Orphei theogoniam rhapsodicam attinet. Dico hoc Rhesi scholium (v. 342): *ἰδικῶς τὴν Ἀδράστειαν Διός φησι παῖδα ἄλλων τροφὸν τοῦ Διὸς φασκόντων. ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ Παριανῇ (Καρίᾳ) Ἀδραστείας πεδίον ὑπὸ Ἀδράστου τοῦ* (del. Wilam.) *βασιλέως, ἀφ' οὗ καὶ ὁ δαίμων. ἄλλοι δὲ Μελισσέως μὲν τοῦ Κρητός, ἀδελφὴν Κυνοσούρας, Διὸς τροφόν. Καλλίμαχος· 'σὲ δ' ἐκοίμισεν Ἀδράστεια λίκνῳ ἐπὶ χρυσέῳ'* (hymn. in Iovem v. 47). Altera Iovis ministra *Ἀνάγκη* ab Orphicis dicta est cf. fr. 109. 110, tertia *Εἴδη* quarta *Εἱμαρμένη* cf. ibidem. Necessitatem autem etiam *Θέμιν* appellatam esse Proclus in comment. in Plat. Rempubl. p. 120, 20 Sch. (cf. eundem p. 50, 36) testis est. Antimachus (Harpocration s. *Ἀδράστεια* cf. Gaedium l. l.) Adrasteam eandem esse deam ac Nemesin dicit.

Sed revertamur ad Platonem. Restat enim ut dicam de Philebi loco p. 66 C D *"Ἕκτῃ δ' ἐν γενεᾷ', φησὶν Ὀρφεύς, 'καταπαύσατε κόσμον ἀοιδῆς'· ἀτὰρ κινδυνεύει καὶ ὁ ἡμέτερος λόγος ἐν ἕκτῃ καταπεπαυμένος εἶναι κρίσει.* Merito sprevit Schusterus p. 14 Lobeckii rationem versum in carmine Orphico aliter atque in Platonis Philebo lectum esse statuentis; in eo quoque consentio cum Schustero, quod versum ex theogonia Orphei nomine inscripta non ex alio quodam obscuro Orphicorum libro velut ex Catabasi sumptum esse credit. Sed me nullo modo concedere posse eum lectum esse in theogonia Schusteriana apertum est [42]). Immo ex Rhapsodiis eum petiisse Platonem duabus causis ut credam adducor. Primum nitor hoc Syriani testimonio in Arist. Met. p. 935 a 28 ed. Usener. (quae antecedunt praetereo, locum gravissimum exhibeo): *τὸν δὲ Δία οὐ πρῶτον ἀλλὰ πέμπτον βασιλέα σαφῶς ὀνομάζουσιν οἱ πρὸς αὐτὸν παρὰ τῆς Νυκτὸς δοθέντες χρησμοί·*

ἀθανάτων βασιλῆα θεῶν πέμπτον σε (Lobeckius, *τε* codd.) *γενέσθαι.*

---

[42]) Idem cadit in sententiam a Bergkio Lit. gr. I 394 adn. 230 prolatam; nam quid de Timaei illo loco ad quem Orphei versum in Philebo asservatum refert statuendum sit supra fusius demonstravimus cf. p. 41 ss. Schusteri sententiam probat Gruppius p. 623.

Conferenda autem sunt cum alia testimonia ab Abelio fr. 85 allata tum maxime Procli Tim. 291 A p. 705 Schn.: *Τίνες οὖν αἱ Ὀρφικαὶ παραδόσεις, ἐπειδήπερ εἰς ταύτας ἀναφέρειν οἰόμεθα χρῆναι τὴν τοῦ Τιμαίου περὶ θεῶν διδασκαλίαν; θεῶν βασιλέας παραδέδωκεν Ὀρφεὺς κατὰ τὸν τέλειον ἀριθμὸν τῶν ὅλων προεστηκότας Φάνητα, Νύκτα, Οὐρανόν, Κρόνον, Ῥέαν, Διόνυσον . . . . καὶ μετὰ τοῦτον ἕκτος ὁ Διόνυσος.* En habemus *ἕκτην γενεάν.* In Baccho celebrando Orphicae Musae iure subsistere iubentur; nam Bacchum deum vere Orphicum esse in vulgus notum est et testantur scriptorum loci a Lobeckio collecti. Qui deus tanto in honore in circulis Orphicis fuit, ut arcanas caerimonias, ut videtur, ad eum potissimum referrent, peculiare de Bacchicis carmen conscriberent (fr. 3 Abel, Hillerus Herm. XXI 365), ipsum denique Orphea Bacchanalia invenisse asseverarent (Apollod. bibl. I 3, 2, 3) [43]).

Forsitan autem Schusteri quandam ratiocinationem secutus mireris quod hic versus a Platone allatus a nullo Neoplatonico sit commemoratus; sed quam incerta sint talia argumenta, egregio nunc tibi exemplo demonstrare possum, cum Heitzii insigni benevolentia factum sit, ut primus edam hunc Damascii locum cod. Marc. f. 371 r: *ἔτι δὲ πέμπτον οἱ θεολόγοι τοὺς ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ θεοὺς ἐκφαινομένους, ἀλλὰ μὴ ἀπὸ τῶν ἄνω σειρῶν ἀπορρέοντας ἢ νεωτέρους ἢ γέροντας ὡς ἐπίπαν εἰςηγοῦνται ἡμῖν* (*καὶ μεσταὶ τούτων αἱ Ὀρφικαὶ θεολογίαι καὶ αἱ πάτριοι καθ' ἑκάστους*) *'ἕκτῃ δ' ἐν γενεᾷ' τῷ ὄντι θεόν* [44]).

Denique fusius dicerem de Sophistae loco conclamatissimo p. 242 D *τὸ δὲ παρ' ἡμῖν Ἐλεατικὸν ἔθνος, ἀπὸ Ξενο-*

---

[43]) Quae de Baccho in Rhapsodiis celebrato Gruppius p. 637 ss. accurate exposuit haud improbabilia sunt ac summa quaestionis certe recte ab eo tractata est, quamquam de singulis dubitari potest.

[44]) Extrema verba in Heitzii apographo ita leguntur: *εἰςηγοῦνται ἡμῖν. καὶ μεσταὶ τούτων αἱ Ὀρφικαὶ θεολογίαι καὶ αἱ πάτριοι καθ' ἑκάστους ἕκτῃ δ' ἐν γενεᾷ τῷ ὄντι θεῶν.* Distinxit ac *θεόν* pro *θεῶν* emendavit Dielesius; quamquam conexus mihi ignotus forsitan alia suadeat.

φάνους τε καὶ ἔτι πρόσθεν ἀρξάμενον, ὡς ἑνὸς ὄντος τῶν πάντων καλουμένων οὕτω διεξέρχεται τοῖς μύθοις· Ἰάδες δὲ καὶ Σικελικαί τινες ὕστερον Μοῦσαι κτλ., nisi de eo nuper Freudenthalius acutissime disseruisset cui ex animi sententia adstipulor. Recte enim ad Orphicos rettulit Platonis verba *καὶ ἔτι πρόσθεν ἀρξάμενον* sicut iam antea Lobeckius p. 613, cui unus Brandisius I 63 adn. assensus est, idem suspicatus erat [45]). Quae autem Schusterus p. 20 (cf. 16) contra Lobeckium monuit, refellere non est necesse. Nam vestigia philosophorum qui Eleatarum doctrinae praeluserunt certe inveniuntur cf. infra. Forsitan etiam de Musaeo cogitandum est, si memineritis Protagorae verborum ap. Plat. Protagor. 316 D: *ἐγὼ δὲ τὴν σοφιστικὴν τέχνην φημὶ μὲν εἶναι παλαιάν, τοὺς δὲ μεταχειριζομένους αὐτὴν τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν, φοβουμένους τὸ ἐπαχθὲς αὐτῆς, πρόσχημα ποιεῖσθαι καὶ προκαλύπτεσθαι, τοὺς μὲν ποίησιν οἷον Ὅμηρόν τε καὶ Ἡσίοδον καὶ Σιμωνίδην, τοὺς δὲ αὖ τελετάς τε καὶ χρησμῳδίας, τοὺς ἀμφί τε Ὀρφέα καὶ Μουσαῖον . . . . . .*

Platonis locis [46]) qui theogoniam Orphicam spectare videntur perlustratis unum Aristophanis locum tractare mihi liceat, de quo quamquam permulti viri docti iam accuratius quaesiverunt, nonnulla rectius statuere mihi videor. Est autem pulchra illa Avium cosmogonia 692 ss., quam Orphicae speciem prae se ferre nemo potest negare [47]). At incon-

[45]) Ea quoque quae Zellerus, qui optimo iure opinionem Cousini (*frgm. Philos. 5e édit.* Parisiis 1865 p. 7) Pythagoram arcessentis impugnavit, I [4] 486 adn. 1 Karstenium secutus exposuit, vix ita comparata esse mihi videntur ut Platonis locum recte explicatum esse ei concedamus.

[46]) Nonnulli addi possunt cf. Ernesti Grafii Ad aureae aetatis fabulam symbola in Studiis Lips. VIII p. 14, Schusteri Heraclitum p. 175 adn. 1, Haeberlini Carmina figurata Graeca 1886 p. 36 adn. 4.

[47]) Aristophanes dicit vs. 690 ss.

ἵν' ἀκούσαντες πάντα παρ' ἡμῶν ὀρθῶς περὶ τῶν μετεώρων,
φύσιν οἰωνῶν γένεσίν τε θεῶν ποταμῶν τ' Ἐρέβους τε Χάους τε
εἰδότες ὀρθῶς Προδίκῳ παρ' ἐμοῦ κλάειν εἴπητε τὸ λοιπόν.

De Prodici studiis cosmogonicis cf. praeter Welckeri notissimam de Prodico commentationem Kockium ad Aristophanis locum. De Prodico *καταβάσεως ἐς Ἅιδου* auctore cf. Wilamowitzium in Homericis p. 222 s.

sideratum esse existimo theogoniae Aristophaneae argumentum totum ex Orphei carmine deducere; nam verisimile est scholiastam haud inepte profiteri *ταῦτα οὐκ ἀναγκαῖον ἀπευθύνειν πρὸς τὰ Ἡσιόδου ἢ πρός τινα ἄλλου τινὸς γενεαλόγου* cf. Schusterum p. 41 adn. 1, quamquam non refragabor, si Acusilai quoque cosmogoniam a poeta comico respectam esse opineris. Mirum enim in modum versus

Χάος ἦν καὶ Νὺξ Ἔρεβός τε μέλαν πρῶτον καὶ Τάρταρος εὐρύς·
γῆ δ' οὐδ' ἀὴρ οὐδ' οὐρανὸς ἦν· Ἐρέβους δ' ἐν ἀπείροσι κόλποις
τίκτει πρώτιστον ὑπηνέμιον Νὺξ ἡ μελανόπτερος ᾠόν,
ἐξ οὗ περιτελλομέναις ὥραις ἔβλαστεν Ἔρως ὁ ποθεινός . . . . . .

consentiunt cum eis quae de Acusilai cosmogonia apud Damascium et Theocriti scholiastam tradita sunt cf. p. 5 s. At tenendum est Aristophanem ut poetam paulo liberius tales res tractare ut Zoëga (*Abhdlg.* 238) Aristophanis locum ad poesin theogonicam accuratius cognoscendam adhibendum esse optimo iure negavisse videatur, quamquam causas eius minime probo. Illud tamen ex nonnullis Aristophanis verbis certissime concludi potest eandem Orphei theogoniam ab Aristophane atque a Neoplatonicorum turba lectam esse. Cuius rei argumentum gravissimum praebet Cupidinis figura. Quod utrimque *στίλβων* vocatur, nolo comparare, quia Aristophani nitent aureae alae, Orphico ipsum corpus, neque quod alatum uterque fingit deum (cf. Procl. Tim. 130 F p. 308 Schn. fr. 62 Abel), multum probat. Sed Orphici v.

χρυσείαις πτερύγεσσι φορεύμενος ἔνθα καὶ ἔνθα

haud dubie exemplo fuit comici v. 697

Ἔρως ὁ ποθεινός,
στίλβων νῶτον πτερύγοιν χρυσαῖν, εἰκὼς ἀνεμώκεσι δίναις

qua in re *φορεύμενος ἔνθα καὶ ἔνθα* respondet quodammodo illius *εἰκὼς ἀνεμώκεσι δίναις*. Porro ovum unde Cupido exsilit a Nocte fit Aristophanis versu 694 *Ἐρέβους δ' ἐν*

ἀπείροσι κόλποις, cui conferenda sunt Argonautica quae Orphei dicuntur v. 13 Abel

καὶ Χρόνον, ὡς ἐλόχευσεν ἀπειρεσίοις ὑπὸ κόλποις

(cf. Zoëgam l. l. 229). Nam Argonauticorum auctorem Rhapsodias secutum esse iam diu observaverunt viri docti cf. supra p. 8 s.

Conferendus est etiam hymnorum Orphicorum sextus (de quo cf. Zoëgam l. l. 223 s. 234) sicut Kockius ad Aristophanis locum recte monet. Sin autem idem vir doctissimus Aristophaneum (v. 696) περιτελλομέναις ὥραις confert cum Iliadis B versu 551 et Sophoclis Oedipi Tyranni versu 156, quibus multa exempla facile addi possunt, forsitan non a re est monere duos extare Orphicae theogoniae versus, ubi inveniuntur et περιπλομέναις ὥραις (fr. 101 Abel) et περιτελλομένου δ' ἐνιαυτοῦ ὥραις (fr. 140 Abel).

Platonis autem et Aristophanis locis nonnullos aliorum scriptorum addamus qui ad Rhapsodias spectare videntur. Ac philosophi potissimum arcessendi sunt. Gravissima esse videntur ea quae in Orphicorum fragmentis de animarum migratione ac palingenesia inveniuntur. Longus essem in hac re exponenda, nisi nuperrime Eduardi Luebberti doctissima De Pindaro dogmatis de migratione animarum cultore (Ind. lect. Bonn. 1887/88) commentatio edita esset. Doctrinae Orphicae vestigia in Pindari carminibus feliciter ab illo detecta sunt velut in pulcherrimis illis versibus qui extant in Platonis Menone p. 81 B οἵσι δὲ Φερσεφόνα ποινὰν παλαιοῦ πένθεος δέξεται .... Orphicorum fragm. 223 Abel (Simplicius ad Aristot. de caelo I 1 ed. Karsten p. 168) ἐνδεθῆναι δὲ ὑπὸ τοῦ τὸ καθ' ἁξίαν πᾶσιν ἀφορίζοντος δημιουργοῦ θεοῦ ἐν τῷ τῆς εἱμαρμένης καὶ τῆς γενέσεως τροχῷ, οὗπερ ἀδύνατον ἀπαλλαγῆναι, κατὰ τὸν Ὀρφέα, μὴ τοὺς θεοὺς ἐκείνους ἱλεωσάμενον, οἷς ἐπέταξεν ὁ Ζεὺς 'κύκλον τ' ἀλῦσαι καὶ ἀναψῦξαι κακότητος' τὰς ἀνθρωπίνας ψυχάς cf. Luebbertum p. 7. Neque improbabilia sunt quae idem vir doctus in commentationis extrema parte profitetur: haec fere summa efficitur: Pindarum in universum quidem

Orphicorum de migratione animarum placita ex animi sententia probasse et amplexum esse, sed in singulis quibusdam gravissimis subtilissimae materiae partibus libero iudicio usum atque vel Platoni praeludentem ab amicorum sententia discessisse'. Sed iam ante Pindarum extiterunt qui Orphicorum dogma de animarum migratione secuti sunt. Pythagoreos dico de quibus praeter Zellerum I [4] 418 ss. nunc Luebberti idem libellus adeundus est p. 13 ss. Audi enim versus (Procl. in Plat. Remp. ed. Schoell p. 116 Abel fr. 222. 223):

οἱ δ' αὐτοὶ πατέρες τε καὶ υἱέες ἐν μεγάροισιν
εὔκοσμοί τ' ἄλοχοι καὶ μητέρες ἠδὲ θύγατρες
γίγνοντ' ἀλλήλων μεταμειβομένῃσι γενέθλαις
. . . . . .
οὕνεκ' ἀμειβομένη ψυχὴ κατὰ κύκλα χρόνοιο
ἀνθρώπου ζώοισι μετέρχεται ἀλλόθεν ἄλλοις·
ἄλλοτε μέν θ' ἵππος, τότε γίνεται ⟨ἀμφίκερως βοῦς
suppl. Usener⟩,
ἄλλοτε δὲ πρόβατον, τότε δ' ὄρνεον αἰνὸν ἰδέσθαι,
ἄλλοτε δ' αὖ κύνεόν τε δέμας φωνή τε βαρεῖα,
καὶ ψυχρῶν ὀφίων ἕρπει γένος ἐν χθονὶ δίῃ.

Nulla autem est causa, cur hunc locum cum Abelio Orphei *ἰδὸν καταβάσει* adscribamus. Nihil enim certi de hoc carmine statui potest atque e fragmentis ab Abelio fr. 154—158 collectis (cf. Wilamowitzium in Homericis p. 221 adn. 14) ne unum quidem probabiliter huic carmini attribui potest. Cur autem negemus illos versus a Proclo allatos ex theogonia Orphica fluxisse? Semper enim respiciendum est omnium Orphei carminum longe conclamatissimam fuisse theogoniam ad quam omnia fere fragmenta quae in Neoplatonicorum libris inveniuntur pertinent cf. Gruppium p. 635 ss.

De Xenophane iam pluribus locis dixi ac post Freudenthalii commentationem pauca habeo quae addam cf. supra p. 47 s. Sed unum praetermittere nolo. Fulcitur enim ni fallor Freudenthalii opinio de Xenophane Orphicorum ut ita

dicam discipulo his Orphei versibus qui inveniuntur ap. Iustin. Cohort. c. 15 (fr. 7 Abel, Lobeck. 440. 460):

Εἷς Ζεὺς, εἷς Ἀΐδης, εἷς Ἥλιος, εἷς Διόνυσος,
εἷς θεὸς ἐν πάντεσσι· τί σοι δίχα ταῦτ' ἀγορεύω;[48])

Confer Xenophanis versus celeberrimos:

εἷς θεὸς ἔν τε θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισι μέγιστος,
οὔτε δέμας θνητοῖσιν ὁμοίιος οὔτε νόημα.

Cum Orphicorum religio tum maxime popularis facta esset, Heraclitus quoque (*ὡυτὸς δὲ Ἀΐδης καὶ Διόνυσος, ὅτεῳ μαίνονται καὶ ληναΐζονται* fr. 127) ut imaginem suae doctrinae contraria copulantis eiusdem Bacchi apud superos et inferos duplicem formam videtur commemorasse Orphici illius versus quattuor deos in suam dyadem contrahens cf. Bergkii Hist. lit. gr. II 82, adn. 27, Teichmuelleri *Neue Studien zur Geschichte der Begriffe* I 72[49]). Sed etiam a Parmenide Xenophanis discipulo Rhapsodias lectas esse elucet ex versu 9 Stein:

τῶν δὲ Δίκη πολύποινος ἔχει κληῖδας ἀμοιβούς

quem expressum esse ex theogoniae Orphicae versu

τῷ δὲ Δίκη πολύποινος ἐφείπετο πᾶσιν ἀρωγός

(cf. p. 38) vidit Dielesius.

Ut autem etiam saeculi quinti cuiusdam philosophi mentionem faciam a quo Rhapsodiae respectae esse videntur

---

[48]) Attribuuntur versus ap. Iustinum asservati vulgo Orphei testamento. Sed cum Iustinus *ἀλλαχοῦ* dicat et Orphei versus qui paulo ante apud eum leguntur certe ex testamento sumpti sint alium Orphei librum arcessere necessarium est; nullus autem invenitur cui hi duo versus aptiores sint quam theogoniae; nam post Phanetis cataposin cum Iupiter omnes res in se continuerit dicti videntur esse. Iustinum autem non solum testamento usum esse sed etiam aliis Orphei carminibus testatur fr. 170 Abel. — Cf. etiam Wissowam De Macrobii Saturnal. fontibus capita tria Vratislaviae 1880 p. 39.

[49]) Nunc addenda est Gruppii accurata disputatio p. 649 ss., E. Pfleidereri librum sciens praetermitto cf. Dielesium *Archiv f. Gesch. d. Phil.* I (1887) p. 105 ss.

agmen claudat Anaxagoras. Videtur hic primus lunam habere montes campos antra et ab hominibus incoli opinatus esse, Plato Apolog. p. 26 D, Aetii Plac. II 25, 9 (356 a 7 b 16) II 30, 2 (361 a 12 b 14) Hippol. philos. 8, 10 (562, 27), Schaubachii Anaxagorae fragm. 161 ss., Zellerus I 4 902 s. Dielesii prolegg. ad Doxogr. 26. 165. Secutus est Democritus, cf. Zellerum I 4 800 adn. 4. Sed ante utrumque similia Rhapsodiarum auctor professus est:

Μήσατο δ' ἄλλην γαῖαν ἀπείριτον, ἣν τε σελήνην
ἀθάνατοι καλέουσιν, ἐπιχθόνιοι δέ τε μήνην·
ἣ πόλλ' οὔρε' ἔχει, πόλλ' ἄστεα, πολλὰ μέλαθρα.

Procl. Tim. 154 A p. 363 Schn. fr. 81 Abel. Cf. quoque Aetii Plac. II 13, 15 (343 a 10 b 13) [50]). His comparationibus etsi nonnulla addi posse non ignoro, tamen hoc iam effectum esse puto, ut Rhapsodias sexto saeculo exeunte non solum compositas, sed etiam per omnes Graeciae regiones sparsas credamus. Totam autem rem de qua egi multo clariorem fore credo si quis post Schoemanni operam (De poesi theogonica Graecorum op. ac. II 1 ss.) theogonicae poesis historiam enarrare ausus erit. Quam ad rem tractandam nec doctrinam neque ingenium mihi sufficere scio. Schoemannum autem qui de Hesiodo quidem singulariter meritus est illa in disputatione plane erravisse pro certo habeo.

Restat ut de duabus aliis Orphei theogoniis, quas Zellerus ac Schusterus hac multo antiquiores ducunt mantisae loco pauca addam. Res autem breviter stringi potest. Summa auctoritas Eudemi theogoniae quae fertur a viris doctis tribuitur quam solam Platoni et Aristoteli notam fuisse Schusterus probare studet. Unus extat locus quo verbis haud ambiguis haec significatur apud Damascium p. 382 K. (fr. 30 Abel, Eudemi fr. CXVII p. 169 Spengel); nam alii,

---

[50]) Cf. Gruppium p. 652.

quos ad eam viri docti ex coniectura rettulerunt, huc non faciunt praeter unum Aristotelis. Legimus enim Damasc. l. l. *ἡ δὲ παρὰ τῷ Περιπατητικῷ Εὐδήμῳ ἀναγεγραμμένη ὡς τοῦ Ὀρφέως οὖσα θεολογία πᾶν τὸ νοητὸν ἐσιώπησεν, ὡς παντάπασιν ἄρρητον καὶ ἄγνωστον ἀνθρώπῳ* (corr. Dielesius, *τρόπῳ* codd.) *κατὰ διέξοδόν τε καὶ ἀπαγγελίαν. ἀπὸ δὲ τῆς Νυκτὸς ἐποιήσατο τὴν ἀρχήν, ἀφ' ἧς καὶ* [*ὁ* om. Marc.] *Ὅμηρος, εἰ μὴ συνεχῆ πεποίηται τὴν γενεαλογίαν, ἴστησιν* .... Tenendum igitur est ex Eudemi theogonia nihil notum esse nisi Noctem. Atqui de Nocte Platonis de Orpheo loci nihil tradunt. Quomodo igitur hunc Eudemiae formae testem afferre poterant, quem Rhapsodiarum lectione imbutum esse supra evicimus? Incertissima coniectura etiam Ioannis Lydi locus de mens. II 7 p. 18, 11 Bekk. (Orphic. fr. 145 Ab.) ad theogoniam Eudemiam relatus est: *καὶ τρεῖς πρῶται κατ' Ὀρφέα ἐξεβλάστησαν ἀρχαί, νὺξ καὶ γῆ καὶ οὐρανός· θεῶν δὲ τῶν ἐν γενέσει τρία γένη, οὐράνιον ἐπίγειον καὶ τὸ μεταξὺ τούτων.* Postquam Lobeckius caute ut solet p. 494 professus est: 'Sed quae Lydus refert de Mens. p. 19 magis illis consona quae Eudemus excerpsit', alii Eudemi theogoniae vestigia apud Lydum extare pro certo statuerunt. Ea autem quae Schusterus p. 16 ss. ad Lobeckii opinionem probandam attulit, non ita comparata sunt, ut omnem dubitationem prorsus tollant. Qui cum ex Eudemo Lydum illam de Orpheo sententiam hausisse statim concedit, id unum studet, ut hunc cum iis, quae de Orphei carminibus apud Platonem traduntur, consentire demonstret. Utinam prius exposuisset Lydi locum revera pertinere ad Eudemi theogoniam Orphicam! Quid, si tibi demonstrare possum, Lobeckium non recte utrumque locum coniunxisse? Nonne tum omnia Schusteri commenta corruent?

Ut ea, quae ex Lydo modo attuli, cum illis Damascii verbis coniungeret, demonstrare studuit Schusterus apud Lydum quoque a Nocte sola initium fieri. Contendit enim p. 17 theogoniarum auctores fere semper per dyadas primas genealogias deducere et ab uno tantum principio ceteros deos derivare. Quod dicit 'fere semper', stupeo. Damascium enim

hac ratione multorum theologorum doctrinas tractasse haud negaverim cf. supra p. 4 ss. At non Neoplatonicorum somnia sed theologorum veterum ipsa fragmenta adeunda sunt. Epimenidis duo principia in adnotatione Schusterus ipse affert, quem solum duo ab initio principia posuisse putat. At tria elementa ab initio posita saepius occurrunt in theologorum fragmentis, quam rem duobus exemplis probabo. De Onomacrito legimus ap. Sext. Emp. Pyrrh. Hypot. III § 30 p. 135 ss.: *Ὀνομάκριτος δὲ ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆν* cf. Kinkelii F. E. Gr. Onomocr. fr. 1, qui omisit Galen. Hist. phil. c. 18 Dox. 610, 15. Pherecydis Syrii Pentemychi exordium integrum habemus: *Ζὰς μὲν καὶ Χρόνος ἦσαν ἀεὶ καὶ Χθονίη* cf. supra p. 4. Cum igitur Epimenides ex duobus principiis, Pherecydes et Onomacritus ex tribus initium faciant, cur non illa quae apud Lydum *κατ' Ὀρφέα* extant, integra esse censeamus? Ab uno autem principio Eudemum orsum esse Damascio credendum est, quia hic quidem locus ex Eudemo sincerius excerptus et a Platonici philosophumenis liber esse videtur. Et consentit cum hoc excerpto Aristot. Metaph. *Λ* 6 p. 1071 b 25 *ὡς λέγουσιν οἱ θεολόγοι οἱ ἐκ νυκτὸς γεννῶντες.* Apud Lydum autem illud *πρῶτα .... ἐξεβλάστησαν ἀρχαί, νὺξ καὶ γῆ καὶ οὐρανός* urguendum est nec conferri potest cum Hesiodi illis versibus 116 ss.:

Ἤτοι μὲν πρώτιστα Χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα
Γαῖ' εὐρύστερνος, πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
.. Τάρταρα τ' ἠερόεντα μυχῷ χθονὸς εὐρυοδείης
ἠδ' Ἔρος, ὃς κάλλιστος ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι κτλ.

Lydi igitur verba ad theogoniam Eudemi nihil prorsus faciunt. Quo autem ex libro Lydus Orphei illa tria elementa sumpserit, dicere nequeo, sed veri haud dissimile est eundem Orphei librum fuisse unde multa de numeris Lydus excerpsit fr. 144. 147. 148. 151 ed. Abelianae, quae ad hymnum quendam Pythagoricum pertinere Lobeckius 714 s. non sine causa coniecit.

Unus relinquitur Aristotelis ille locus qui cum eis quae apud Eudemum Damascius invenerat consentire videtur [51]. Omnes fere theologos praeter Pherecydem, de quo cogitari posse Aristoteles ipse vetat, viri docti attulerunt. Audis de Hesiodo Orphicis Epimenide Acusilao. Eligendi copia amplissima tibi datur. Elige. At ego via lubrica ire nolo, postquam Lobeckius (p. 488 adn. †) Brandisius l. l. 65 H. Bonitzius in commentario ad Arist. Met. Λ 6 p. 1071 b 27 iam diu viam rectam detexerunt. Satis est Bonitzii verba hic repetere: 'Sed veri simillimum videtur, hoc loco perinde ac A 3 983 b 27 Aristotelem non certos quosdam poetas cogitasse, sed universe locutum esse de omnibus, quicunque ex indefinito quodam et materiae vel potentiae simili principio rerum universitatem repetendam putarunt'.

Ubinam igitur extant theogoniae Eudemiae certa vestigia apud Platonem vel Aristotelem vel alium scriptorem Graecum? Si a Schustero nihil certis argumentis, permulta falsis ab

---

[51]) De Aristot. Met. N 4 1091 b 4 *οἱ δὲ ποιηταὶ οἱ ἀρχαῖοι ταύτῃ ὁμοίως, ἢ βασιλεύειν καὶ ἄρχειν φασὶν οὐ τοὺς πρώτους, οἷον νύκτα καὶ οὐρανὸν ἢ χάος ἢ ὠκεανόν, ἀλλὰ τὸν Δία* in adnotatione saltem quaedam dicenda sunt. Schusterus p. 19 verbis illis Lydi confisus *νύκτα καὶ οὐρανόν* pertinere ad Eudemi theogoniam opinatur; putat enim ab Aristotele tertium principium *χθόνα* aut *γῆν* neglectum esse. At causam cur hoc loco Stagirita de tertio illo principio nihil egerit, perspicere nequeo. Nam nihil facit ad rem ille Met. A 4 984 b 27 locus a Schustero p. 19 adn. 2 allatus, quem idem vir doctus recte interpretatus est. Neque Eduardo Zellero, qui I ⁴ 79 adn. 6 verbis *νύκτα καὶ οὐρανόν* non unam theogoniam significari sed illud *καὶ* eandem vim, quam verbum quod sequitur *ἢ* habere censet, si ego eius opinionem recte intellexi, assentiri possum. Nam equidem exempla unde eluceret *καὶ ἢ ἢ* = *ἢ ἢ ἢ* esse invenire non potui. Rectissime autem de Aristotelis loco Brandisius I 69 iudicavit: *denn die alten Dichter, welche nicht die Nacht und den Himmel, oder das Chaos oder den Okeanos, sondern den Zeus zugleich herrschen und Princip sein lassen sollen, werden in den vorangehenden Worten mit neuern Theologen (Platonikern) zusammengestellt.* Sed qui theologus a Nocte et Caelo orsus sit nescimus cf. Syrianum p. 935 a 18 ed. Us. *οὐδὲ ταῦτα κατὰ τὸ ἀληθὲς ἱστόρηται περὶ τῶν θεολόγων* . . . Quae res ei haud mira esse videbitur qui quam male theologorum Graecorum doctrinae ad nos pervenerint perspexerit.

eo conclusa sunt, actum est de theogoniae Eudemiae auctoritate et unum extat testimonium apud Damascium: *ἀπὸ δὲ τῆς νυκτὸς ἐποιήσατο τὴν ἀρχήν.* Unus Aristotelis locus Met. *Λ* 6 1071 b 27, ubi *οἱ ἐκ νυκτὸς γεννῶντες* commemorantur, mirum in modum cum Eudemi verbis concinit, ita ut non praepostere agere mihi videar, si discipulum ex illo magistri loco illam de Nocte notitiam habuisse conicio, cui coniecturae magna ex parte ea conveniunt quae de Eudemi studiis Aristotelicis egregie disputavit Zellerus in Comment. acad. Berolin. 1877 p. 155 ss. Coniecisse igitur magis *Ὀρφέως θεογονίαν ἐκ νυκτὸς γεννῶσαν* quam accurate in Aristotelis locum Eudemum inquisivisse verisimillimum est. Quam facile autem accidere potuerit, ut Eudemus Aristotelis locum ad Orpheum referret, clarum tibi fiet, si perlustraveris quae de Nocte dea summa ex Rhapsodiis discimus cf. p. 17 ss. Addi autem potest Malelam ubi de Rhapsodiis dicit verba adicere: *καὶ Νὺξ ζοφερὰ πάντα κατεῖχε καὶ ἐκάλυπτε τὰ ὑπὸ τὸν αἰθέρα, σημαίνων* (sc. *Ὀρφεὺς*) *τὴν νύκτα πρωτεύειν* Abel fr. 52 cf. p. 9. Quae si perlegeris num audacter et leviter conclusum est Eudemum perfacile ex eadem theogonia ad illam de Nocte opinionem pervenisse? Nonne facillime Eudemus illum Aristotelis locum de Nocte ad Orpheum referre potuit, si Byzantinos ad eandem de Nocte opinionem sola ex theogonia rhapsodica pervenisse scimus, si e. g. meminerimus Damascium (fr. 98. 99) dicere: *καὶ τὴν Νύκτα, ὡς πρώτην οὐσίαν καὶ τροφὸν πάντων διὰ τοῦτο ἀνυμνουμένην αὐτὸν μάλιστα τὸν Κρόνον πεποίηκε τρέφουσαν?*

Sed etiam altera illa quae praeter Rhapsodias fertur theogonia dubitationem maximam movet. Dico Apollonii theogoniam Orphicam in Argonauticis I 494 ss.:

ἂν δὲ καὶ Ὀρφεὺς
495 *λαιῇ ἀνασχόμενος κίθαριν πείραζεν ἀοιδῆς.*
ἤειδεν δ' ὡς γαῖα καὶ οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα,
τὸ πρὶν ἐπ' ἀλλήλοισι μιῇ συναρηρότα μορφῇ
νείκεος ἐξ ὀλοοῖο διέκριθεν ἀμφὶς ἕκαστα·
ἠδ' ὡς ἕμπεδον αἰὲν ἐν αἰθέρι τέκμαρ ἔχουσιν

500 ἄστρα σεληναίη τε καὶ ἠελίοιο κέλευθοι·
οὔρεα θ' ὡς ἀνέτειλε, καὶ ὡς ποταμοὶ κελάδοντες
αὐτῇσιν νύμφῃσι, καὶ ἑρπετὰ πάντ' ἐγένοντο.

Quos ad versus scholiasta p. 329 K. adnotat: Ἐμπεδοκλῆς φησιν ὅτι συγκεχυμένων ἁπάντων τὸ πρότερον νεῖκος καὶ φιλότης παραπεμφθέντα τὴν διάκρισιν ἐποιήσαντο, χωρὶς δὲ τούτων οὐδὲν δύναται γενέσθαι· ᾧ ἕπεται, ὡς εἰκός, καὶ Ἀπολλώνιος. Quamquam scholiastam recte de horum versuum fonte iudicavisse puto, tamen nonnulla addenda sunt, quod, quatenus scio, sententiam scholiastae viri docti nunquam amplexi sunt; nam neque a Zellero neque ab H. Steinio Empedoclis fragmentorum editore eos respectos esse video; adde quod Abelius in Orphicis fr. 35 scholiastae verborum ne mentionem quidem facit [52]).

Scholiastam autem versu 498 ad sententiam suam perductum esse verisimile est. Conferendus est Empedoclis ille versus 175 Stein:

τῶν δὲ συνερχομένων ἐξ ἔσχατον ἵσταιο Νεῖκος,

praeter eum v. 79 St.:

Νεῖκός τ' οὐλόμενον δίχα τῶν ἀτάλαντον ἁπάντῃ.

Nec desideratur apud Apollonium alterum Empedoclis principium, dico Φιλότητα. cf. enim cum Apollonii versu

497 τὸ πρὶν ἐπ' ἀλλήλοισι μιῇ συναρηρότα μορφῇ

hos Empedoclis versus editionis Steinianae:

v. 67 s.

ἄλλοτε μὲν Φιλότητι συνερχόμεν' εἰς ἓν ἅπαντα,
ἄλλοτε δ' αὖ δίχ' ἕκαστα φορούμενα Νείκεος ἔχθει,

v. 116

ἄλλοτε μὲν Φιλότητι συνερχόμεν' εἰς ἕνα κόσμον

v. 134

σφαῖρον ἔην

---

[52]) Rectius iudicat Gruppius p. 640 qui Lini quoque cosmogoniam (Mullachii F. Ph. Gr. I p. 156 s.) iure affert.

v. 173

ἔνθ' ἤδη τάδε πάντα συνέρχεται ἓν μόνον εἶναι

v. 242

Κύπριδος ἐν παλάμῃσιν ὅτε ξὺμ πρῶτ' ἐφύοντο

adde v. 190, 213, 241.

Difficile autem est intellegere, cur Apollonius non de quattuor sed tantum de tribus elementis dixerit, neque a me hoc satis explicari posse libenter fateor. Sed comparent certe tria elementa. Nam Empedocles ipse, qui quam varie elementa sua significaverit omnes sciunt, eisdem significationibus, quibus Apollonius, nonnullis locis utitur. Nam de *γαῖα* legimus vss. 78, 333 St. aliis locis, de duobus reliquis v. 187 St.

ἠλέκτωρ τε χθών τε καὶ οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα.

Repetam tibi Orphicos illos Apollonii versus:

γαῖα καὶ οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα
τὸ πρὶν ἐπ' ἀλλήλοισι μιῇ συναρηρότα μορφῇ,
νείκεος ἐξ ὀλοοῖο διέκριθεν ἀμφὶς ἕκαστα.

Quis est, qui Empedoclis verba prope ipsa his versibus contineri neget?

Cave autem ne ea quae apud Apollonium sequuntur Empedocli attribuas, sunt enim versus:

ἠδ' ὡς ἔμπεδον αἰὲν ἐν αἰθέρι τέκμαρ ἔχουσιν
ἄστρα σεληναίη τε καὶ ἠελίοιο κέλευθοι.
οὔρεα θ' ὡς ἀνέτειλε, καὶ ὡς ποταμοὶ κελάδοντες
αὐτῇσιν νύμφῃσι καὶ ἑρπετὰ πάντ' ἐγένοντο.

Immo Hesiodei theog. versus 108 ss. obversati esse videntur:

εἴπατε δ' ὡς τὰ πρῶτα θεοὶ καὶ γαῖα γένοντο,
καὶ ποταμοὶ καὶ πόντος ἀπείριτος, οἴδματι θύων,
ἄστρα τε λαμπετόωντα καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν,

quos secutus esse videtur Parmenides vs. 129 ss.:

λέγειν πῶς γαῖα καὶ ἥλιος ἠδὲ σελήνη
αἰθήρ τε ξυνὸς γάλα τ' οὐράνιον καὶ ὄλυμπος
ἔσχατος ἠδ' ἄστρων θερμὸν μένος ὡρμήθησαν
γίγνεσθαι.

Ex eis autem quae supra attuli sequitur Apollonium in theogoniae Orphicae prima parte Empedoclem imitatum esse, quem Alexandrinis notum fuisse consentaneum est cf. Zellerum I [4] 745 adn. 6. Quibus causis efficitur, primam certe partem Apollonii theogoniae Orphicae non ex Orphicorum quodam carmine, sed ex Empedoclis illo carmine *περὶ φύσεως*, cuius fragmenta plurima inveniuntur apud scriptores veteres, haustam esse.

Veteres autem de Gigantibus fabulas Empedocles certe respexit, Parmenidem fortasse secutus. Quam ad rem non iniuria illud in Aetii Plac. V 21, 1 (Doxogr. 440 a 8) a Zellero relatum esse mihi quidem videtur: *Ἐμπεδοκλῆς . . . . τοὺς δὲ νῦν ἀνθρώπους τοῖς πρώτοις συμβαλλομένους βρεφῶν ἐπέχειν τάξιν.* Videsne, quo tendam? Velim Apollonii versus qui sequuntur, nunc accuratius contempleris:

ἤειδεν δ' ὡς πρῶτον Ὀφίων Εὐρυνόμη τε
Ὠκεανὸς νιφόεντος ἔχον κράτος Οὐλύμποιο·
ὥς τε βίῃ καὶ χερσὶν ὃ μὲν Κρόνῳ εἴκαθε τιμῆς,
ἣ δὲ Ῥέῃ, ἔπεσον δ' ἐνὶ κύμασιν Ὠκεανοῖο·
οἳ δὲ τέως μακάρεσσι θεοῖς Τιτῆσιν ἄνασσον,
ὄφρα Ζεὺς ἔτι κοῦρος, ἔτι φρεσὶ νήπια εἰδὼς
Δικταῖον ναίεσκεν ὑπὸ σπέος, οἱ δέ μιν οὔπω
Γηγενέες Κύκλωπες ἐκαρτύναντο κεραυνῷ
βροντῇ τε στεροπῇ τε· τὰ γὰρ Διὶ κῦδος ὀπάζει.

De Ophione Saturno Iove Titanibus apud Empedoclem certe nihil legebatur. Similia autem olim in Empedoclis carmine extitisse concludi potest ex illo Aetii loco. Cui vero poetae Apollonius debet, quae versibus, quos modo attulimus, expressit? Multas coniecturas fecerunt viri docti, qui aut Pherecydis Syrii aut Orphicorum doctrinae discipulum Apollonium esse suspicati sunt. Sed neutrum probo. A Zoëga in *Abhdlg.* 244 et Prellero, qui in Museo Rhenano IV 386 minus caute quam ille de Pherecydis et Apollonii locis diiudicavit, Pherecydes arcessitus est. Sed qui diligentius in huius theologi Pentemychon inquisiverit, facile intelleget ea, quae apud Apollonium de Ophione Saturno

Iove legimus, a tota Pherecydis doctrina omnino abhorrere; iam Ioannes Conradus in dissertatione De Pherecydis aetate et cosmologia p. 21 de hac quidem re recte iudicavisse mihi videtur. Confer Zellerum I [4] 76 adn. 2 et ea quae ipse in capite tertio exponam. Alii in quibus sunt Zellerus I [4] 81 Schusterus p. 5 adn. 3, p. 41 Maxim. Mayerus *Giganten und Titanen* p. 234 Apollonium theogoniam Orphei respicere censuerunt. Sed nulla adest causa. Nam quod Orpheum Apollonius haec canentem facit, Orphei carmen quoddam hic latere minime colligendum est. Velim in mentem revocaveris, quae modo de Empedocle disserui. Sed cui theologo Ophionem illum debeat Apollonius dicere nequeo, cf. de Ophione Schneidewinum in Philologo III 2 p. 252 God. Hermannum in Actis soc. Lips. 1849 p. 4 Mayerum l. l. p. 235, de Pherecydis Ophioneo cf. infra.

CAPUT ALTERUM.

DE EPIMENIDIS THEOGONIA.

Eorum in usum qui hanc de Epimenidis theogonia disputationem legent sicut postea in capite tertio, quod agit de Pherecyde, ipsa fragmenta praemittere mihi liceat, ut ea quae proferam facilius possint examinari.

Laertius Diogenes I 111 *ἐποίησε δὲ Κουρήτων καὶ Κορυβάντων γένεσιν καὶ θεογονίαν, ἔπη πεντακισχίλια.* Kinkelius F. E. Gr. p. 232, 3.

I (8 Kink.)

Damascius *π. ἀρχ.* p. 383 K. (Eudemi fr. CXVII p. 170, 11 Spengelii ed. alt.: *Τὸν δὲ Ἐπιμενίδην δύο πρώτας ἀρχὰς ὑποθέσθαι, Ἀέρα καὶ Νύκτα, δηλονότι σιγῇ τιμήσαντα τὴν μίαν πρὸ τῶν δυοῖν, ἐξ ὧν γεννηθῆναι Τάρταρον οἶμαι τὴν τρίτην ἀρχήν, ὥς τινα μικτὴν ἐκ τῶν δυοῖν συγκραθεῖσαν, ἐξ ὧν δύο τινὰς τὴν νοητὴν μεσότητα οὕτω καλέσαντα, διότι ἐπ' ἄμφω διατείνει τό τε ἄκρον καὶ τὸ πέρας, ὧν μιχθέντων ἀλλήλοις ᾠὸν γενέσθαι τοῦτο ἐκεῖνο τὸ νοητὸν ζῷον ὡς ἀληθῶς ἐξ οὗ πάλιν ἄλλην γενεὰν προελθεῖν.* Philodem. *περὶ εὐσεβείας* 47 a 2 ss. p. 19 Gomp. *ἐν δὲ τοῖς [εἰς Ἐπι]μενίδην* (scil. *ἀναφερομένοις*) [*ἐξ ἀέρος*] *καὶ νυκτὸς* [*τα πάντα σ]υστῆναι* . . . .

Cf. loci Damasciani paraphrasin Schoemanni op. ac. II 21. — Duentzerus fr. 7 — *συγκριθεῖσαν* Spengelius | *δύο* ante *τινὰς* om. idem | post *γενέσθαι* distinguebat Fridericus Spiro amicus | Philod. *ἀναφερομένοις* suppl. Kinkelius, cetera omnia Gomperzius. Pro *τὰ πάντα* forsitan supplendum est *Τάρταρον*, cf. Damasc. *ἐξ ὧν γεννηθῆναι Τάρταρον*.

II (9 K.)

Tzetzes ad Lycophr. Alex. 406: *Καὶ Ἐπιμενίδης ἐκ Κρόνου, ὡς Ἡσίοδος, ταύτας (τὰς Ἐρινύας) φησὶ γενέσθαι λέγων οὕτως·*

Γήματο δ' Εὐονύμην θαλερὴν Κρόνος ἀγκυλόμητις·
ἐκ τοῦ καλλίκομος γένετο χρυσέη Ἀφροδίτη
Μοῖραί τ' ἀθάνατοι καὶ Ἐρινύες αἰολόδωροι.

Duos ultimos versus habet etiam schol. ad Soph. Oed. Col. v. 42. — Duentzerus fr. 1 — *Εὐονύμην* libri: *Εὐνομίην* vel *Εὐρυνόμην* Duentzerus Supplem. (1841) p. 32 Schoem. op. ac. II 22 | *θαλερὸν* codd. | *ἀγκυλομῆτις* codd.: *ἀγκυλομήτης* edd., Duentz. Suppl. 32 | *αἰολόδωροι* codd. cf. Hesychium s. v. *αἰολόδωρον: αἰολόδειροι* Heynius Observ. ad Apollod. I 1, 4 p. 6 'quae quaquaversus lustrant et indagant scelera, ut ulciscantur': *αἰολόμορφοι* Heinrichius *Epimenides aus Kreta* p. 131 collato Orph. hymn. LXIX v. 8.

III (10 K.)

Pausanias VIII 18, 2: *Ἐπιμενίδης δὲ ὁ Κρὴς εἶναι μὲν καὶ οὗτος θυγατέρα Ὠκεανοῦ τὴν Στύγα ἐποίησε, συνοικεῖν δὲ αὐτὴν οὐ Πάλλαντι, ἀλλὰ ἐκ Πειράντος Ἔχιδναν τεκεῖν, ὅστις δὴ ὁ Πείρας ἐστί.*

De Peirante cf. Usenerum in Museo Rhenano XXIII p. 346. — Duentzer. fr. 2.

IV (16 K.)

Philodemus *περὶ εὐσεβείας* 61 [b], 1 p. 46 Gomp.

κα
Διός
ενπρο
κουσιλα
5 *μενιδ*
πολλοι τ
μενιδη
Τυφων
τος Διός
10 *σιλειον* c
ιησ
καθισ

Huius fragmenti primam partem Dielesius collatis Aeschyli Promethei versibus 370 ss. ita supplevit:

[*ἐπιθέσθαι Τυφῶνα εἰρή-*
κα[*σι τῇ βασιλείᾳ*]
Διός, [*ὡς Αἰσχύλος*]
ἐν Προ[*μηθεῖ καὶ Ἀ-*
κουσίλα[*ος καὶ Ἐπι-*
5 *μενίδη*[*ς καὶ ἄλλοι*]
πολλοί
10 *βασίλειον* Gomp. recte supplevit.

Cf. M. Mayeri *Giganten und Titanen* p. 136 adn. 188.

V (13 K.)

Aelian. de nat. anim. XII 7 p. 296, 25 ss. Herch. *Καὶ μέντοι καὶ τὸν Νεμεαῖον λέοντα τῆς σελήνης ἐκπεσεῖν φασι· λέγει γοῦν καὶ τὰ Ἐπιμενίδου ἔπη*

καὶ γὰρ ἐγὼ γένος εἰμὶ Σελήνης ἠυκόμοιο,
ἣ δεινὸν φρίξασ' ἀπεσείσατο θῆρα λέοντα
ἐν Νεμέῃ, ἀνάγουσ' αὐτὸν διὰ πότνιαν Ἥρην.

Duentzer. fr. 12. — *θῆρα λεόντα* codd.: *θουρολέοντα* olim Meinekius, sed cf. Anall. Alexandr. p. 85 *'ἐν νεμεαία ἄγουσ', ἐν νεμαία αὐτὸν* vel *ἐν νεμαῖαν ἄγ.* codd.' Kinkelius; Hercherus autem in mutationum praeter codices factarum indice nihil adnotat: *'ἐς Νεμεαῖαν ἄγουσ'* Gesnerus: *ἐν Νεμέᾳ ἀνάγουσ'* Bentleius resp. ad Boyl. op. phil. ed. Lips. p. 335 'ne litera (quidem) mutata': *ἐν Νεμεᾷ, ἀγαγοῦσ'* Schoemannus op. ac. II 22 adn. 53.

VI (12 K.)

Schol. Theocr. id. I 3 cod. Ambros. 222 ed. Ziegl.: *Ἐπιμενίδης δὲ ἐν τοῖς ποιήμασιν αὐτοῦ Διὸς καὶ Καλλιστοῦς Πᾶνα καὶ Ἀρκάδα διδύμους.*

Cf. schol. Theocr. id. I 123 *τὸν δὲ Πᾶνα οἱ μὲν Πηνελόπης καὶ Ὀδυσσέως ἢ Ἑρμοῦ, ἄλλοι δὲ Διὸς καὶ Καλλιστοῦς, ἕτεροι δὲ Αἰθέρος καὶ Οἰνηίδος . . .*, schol. ad Rhesum v. 36, Eudociam p. 536, 11 Flach. — Cf. Muenzelii quaestion. mythogr. p. 11 ss. — Duentzer. fr. 6 Mueller. F. H. Gr. IV 405 fr. 7 — *αὐτοῦ* (ap. Zieglerum legitur: *ποιήμασι[ν αὐτοῦ]*) delendum, cf. Muenzelium p. 11 adn. 2 | *Ἀρκάδα* codd.: *Ἀρκάδιον* Ahrensius cf. Muenzelium l. l. adn. 3.

VII (14 K.)

Philodem. *περὶ εὐσεβείας* 92, 24 ss. p. 43 G. *Καὶ τὰς Ἁρπυίας τὰ μῆ[λα φ]υλάττειν Ἀκο[υσίλ]αος, Ἐπιμενίδης δὲ καὶ τοῦτο καὶ τὰς αὐτὰς εἶναι ταῖς Ἑσπερίσιν.* Adde eundem 46 b 17 ss. p. 18 G.

κασιν ι
μενιδη
νου και γ
γειναι π

nam in eis quae his antecedunt de Harpyiis dictum esse videtur cf. Gomperzii adnotationem. Temptat Dielesius:

[? εἰρή-]
κασιν. . . . . [Ἐπι-]
μενίδη[ς γὰρ Ὠκεα-]
νοῦ καὶ γ[ῆς γεννήμα-]
τ' εἶναι

VIII (17 K.)

Schol. ad Apollon. Rhod. IV 57 p. 487, 4 Keil.: *Ἐπιμενίδης δὲ αὐτὸν* (sc. *Ἐνδυμίωνα*) *παρὰ θεοῖς διατρίβοντα ἐρασθῆναί φησι τῆς Ἥρας, διόπερ Διὸς χαλεπήναντος αἰτήσασθαι διὰ παντὸς καθεύδειν.*

Cf. schol. Ambros. ad Theocr. III 49 *Ἐνδυμίων παρὰ τοῖς θεοῖς διατρίβων ἠράσθη Ἥρας· ἐφ' ᾧ χαλεπήνας ὁ Ζεὺς ἐποίησε διὰ παντὸς καθεύδειν ἀθάνατον.* — Duentz. fr. 5 Mueller. fr. 3.

Cum de Epimenidis Cretensis vita et aetate multi libri libellique scripti sint et de tempore quo vixerit notissimus ille vates virorum doctorum opiniones huc illuc discedant, de theogonia autem quae Epimenidis nomine fertur perpauca disputata sint, non mihi videor acta agere, cum in hoc dissertationis capite in hanc theogoniam accurate inquirere mihi proposui. Qui de rebus mythologicis agunt Epimenidis non multum rationis habent quippe qui opinentur theogoniam cuius fragmenta circumferuntur 'serioribus aevi fetibus' adnumerandam esse [53]). Vel apud eos qui libris peculiaribus Epimenidis vitam describere conati sunt — Heinrichium dico, Schultessium, Baroneum [54]) — ad theogoniam percognoscendam nihil unde fructus carpi possit invenitur. Quare summam merentur gratiam, qui nostra aetate de indole atque aetate theogoniae Epimenideae docte et accurate egerunt, EDUARDUS HILLERUS (in Museo Rhenano XXXIII p. 525 ss.) et CAROLUS ROBERTUS (in Eratosthen. catasterism. editione p. 241 ss.). Quibus si quae ego enucleasse mihi videor non plane displicuerint, magnopere gaudebo, quamquam nonnullis in rebus me plane cum iis dissentire scio. Neque ea quae de Epimenidis aetate ac vita a veteribus referuntur prorsus negligam; nam theogoniae natali certis finibus circumscripto

---

[53]) C. Muellerus F. H. Gr. IV 404 cuius verba exscripsit C. Schultessius De Epimenide Crete diss. Gotting. Bonnae 1877 p. 58.

[54]) Heinrichius *Epimenides aus Kreta, Zusammenstellung aus Bruchstücken* Lipsiae 1801. Schultess. cf. adn. 53. Baroneus *Epimenide di Creta* Neapoli 1880 (liber levissime scriptus). Addo Hoeckium *Kreta* III 246 cf. Schultessium l. l. 15 sqq.

de Epimenidis quoque aetate haud scio an certiora quam adhuc licuit statui possint.

Ad theogoniae Epimenideae tempora definienda summi momenti ea sunt quae de principio omnium rerum ab Epimenide posito Damascius refert. Hoc Eudemi doctrinae deberi, quamquam hic Peripatetici nomen a Damascio allatum non est, inde concluditur quod Eudemo se usum esse Neoplatonicus septies in hac libri parte indicat et verba *τὸν δὲ Ἐπιμενίδην* . . . . . ad praecedentia *κατὰ τὴν Εὐδήμου ἱστορίαν* aperte pertinent. Damascii autem verba haec sunt [Eudemi fr. CXVII p. 170, 11 Sp.] (fr. I): *Τὸν δὲ Ἐπιμενίδην δύο πρώτας ἀρχὰς ὑποθέσθαι, Ἀέρα καὶ Νύκτα, δηλονότι σιγῇ τιμήσαντα τὴν μίαν πρὸ τῶν δυοῖν, ἐξ ὧν γεννηθῆναι Τάρταρον οἶμαι τὴν τρίτην ἀρχήν, ὥς τινα μικτὴν ἐκ τῶν δυοῖν συγκραθεῖσαν, ἐξ ὧν δύο τινὰς τὴν νοητὴν μεσότητα οὕτω καλέσαντα, διότι ἐπ' ἄμφω διατείνει τό τε ἄκρον καὶ τὸ πέρας, ὧν μιχθέντων ἀλλήλοις ᾠὸν γενέσθαι τοῦτο ἐκεῖνο τὸ νοητὸν ζῷον ὡς ἀληθῶς, ἐξ οὗ πάλιν ἄλλην γενεὰν προελθεῖν.* Haec ex opere quodam theogonico quod Epimenidis nomine ferebatur sumpta esse in propatulo est. Duo igitur principia statuit Epimenides Aera et Noctem ex quibus Tartarus ortus est. Sed impedita sunt ea quae sequuntur de duobus principiis accuratius non significatis nisi quod *τό τε ἄκρον καὶ τὸ πέρας* dicuntur. Certi nihil de his elementis adhuc statuerunt viri docti. Aera autem et Noctem his verbis obscuris significatos esse iure negavit Brandisius I 84 adn. b. Sed forsitan hoc quoque loco Neoplatonici dumtaxat ratio omnia ad triadas referentis agnoscenda est. Nam neque Epimenidem de duobus principiis nomine carentibus disseruisse neque Eudemum nomina reticuisse veri simile est. Quamobrem haud scio an Damascii verbis hic nimium tribuerint viri docti. Memineris velim Neoplatonicorum de ovo mundano sententiae Damasc. p. 382 K fr. 48 Ab. (cf. fr. 36): *τὸ ᾠόν, ἡ δυὰς τῶν ἐν αὐτῷ φύσεων ἄρρενος καὶ θηλείας καὶ τῶν ἐν μέσῳ παντοίων σπερμάτων τὸ πλῆθος κτλ.* Cf. quae supra p. 6 monui. Hoc loco theogonia Orphica ipsa Damascio materiam praebuit *τῆς νοητῆς μεσότητος* explicandae, in Epi-

menidis autem verbis interpretandis ἡ μεσότης Neoplatonico ipsi fingenda erat id quod mehercle minime abhorret a Neoplatonicorum ratione de qua in capite primo fuse egi. Quare recte de hoc Damascii loco Schoemannus op. ac. II 21 iudicavit cum vertit: 'Is (sc. Epimenides) principia statuisse dicitur Aerem et Noctem, ex quibus Tartarum ortum: his tribus inter se mixtis ovum extitisse, ex eoque aliam deinceps rerum generationem exortam'.

Iam omnia eo deducta sunt, ut Epimenidis de omnium rerum ortu doctrinam paulo clarius perspiciamus. Ab Aere igitur incipit Epimenidis theogonia. Quam rem iam Brandisio I 84 suspicionem quandam movisse arbitror scribenti *Nach Epimenides war aus Luft, die wahrscheinlich hier dem Aether gleich gilt, und Nacht der Tartaros.* Sed nullo exemplo comprobatur iam antiquos illos philosophos Aera pro Aethere posuisse, quamquam Aetheris elementum Aeri substitutum esse ab Empedocle (Zellerus I [4] 686 not. 1) concedendum est [55]). Primus enim Diogenes Apolloniata αἰθέρα ἀέρα ὀμίχλην confudisse videtur cf. Dielesium in Actis conv. philologorum Stetinensis 1880 p. 108. Miraris igitur cur ab Epimenide Ἀήρ pro principio habitus sit, cuius apud poetas theogonicos frustra exempla quaeris. Inde coniectura hunc locum temptandi facile occasionem capias. Scribis αἰθέρα quem a theologis principium factum esse e. g. Philodemus περὶ εὐσεβείας 137 p. 61, 9 ss. Gomp. dicit et omnia sana esse tibi videntur. Sed cave praepropere agas; nam haud scio an hic quoque locus sit explicandi non coniciendi. Philosophos veteres adi. Anaximenis doctrina ante oculos tibi versatur. Hic statim consiste. Nihil miri nihil absurdi nihil mendi in Damascii verbis inesse tibi videbitur, si tecum reputaveris quanta auctoritas Anaximenis doctrinae de Aere omnium rerum principio tributa sit, si ea perlegeris quae de Thaletis schola philosopha disputavit nuper Dielesius in

---

[55]) Lactantio Inst. I 5 p. 18 Bip. 'Cleanthes et Anaximenes aethera dicunt esse summum deum' fidem habendam non esse iure adnotavit Zellerus I [4] 222 adn. 2.

Commentationibus philos. in honorem E. Zelleri editis p. 241 ss. Apolloniam unde Diogenes oriundus erat in Creta sitam esse meministi [56]). Hunc autem Anaximenis doctrinam amplexum esse inter omnes constat. Nonne species certe veri inest coniecturae, Cretensis theogoniam post Anaximenis librum editum conscriptam esse? Ad ea quae Epimenides de Aere exposuit forsitan Anaximenes ipse ansam praebuit. Extant enim doxographorum loci e quibus eluceat ab Anaximene aera deum pronuntiatum esse et ex aere ceteros deos genitos. Velut Hippolyt. philos. 7, 1 Dox. 560, 13 ss. *Ἀναξιμένης δὲ καὶ αὐτὸς ὢν Μιλήσιος, υἱὸς δ' Εὐρυστράτου ἀέρα ἄπειρον ἔφη τὴν ἀρχὴν εἶναι, ἐξ οὗ τὰ γινόμενα καὶ τὰ γεγονότα καὶ τὰ ἐσόμενα καὶ θεοὺς καὶ θεῖα γίνεσθαι, τὰ δὲ λοιπὰ ἐκ τῶν τούτων ἀπογόνων*, Aetius I 7, 13 Dox. 302 b 5, Cic. de deorum natura X 26 Dox. 531 a 17 (cf. Philodem. *π. ε.* 3 de p. 65 Gomp. — Dox. 531 b 2), Aug. Civ. D. VIII 2 Zellerus I [4] 229 sed cf. eundem I [4] 222. Similiter Diogenes quoque Apolloniata Philod. *π. ε.* I 6 b (Doxogr. 536 b 2 ss.): *Διο[γέ]νης ἐπαι[νεῖ] τὸν Ὅμηρον, ὡς (οὐ) μυθικ[ῶς] ἀλλ' ἀληθῶς [ὑ]πὲρ τ[οῦ] θείου διειλε[γ]μένον. τὸν ἀέρα γὰρ αὐτὸν Δία νομίζειν φησίν, ἐπειδὴ πᾶν εἰδέναι τὸν Δία λέγει* (cf. Dielesium in Actis conv. Stetinensis p. 107 adn. 37) et Pseudohippocrat. *περὶ φυσῶν* VI p. 94 Littré *οὗτος δὲ* (scil. *ὁ ἀὴρ*) *μέγιστος ἐν τοῖσι πᾶσι τῶν πάντων δυνάστης ἐστίν* (cf. Dielesium in Mus. Rhen. XLII 13 ss., E. Maassium in Hermae vol. XXII 567, Weygoldtium in *Archiv f. Gesch. d. Ph.* I 161 ss.).

Fortasse autem ea quae ex Democriti quodam libro hausit Clem. Alex. Protr. p. 59 Pott. (cf. Dielesium in Actis conv. Stetinensis 108): *οὐκ ἀπεικότως ὁ Δημόκριτος τῶν λογίων*

---

[56]) Steph. Byz. s. v. p. 106, 14 Meinek. Cf. Zellerum I [4] 236 adn. 1 qui tamen propter dialectum Ionicam qua Diogenem usum esse fragmenta docent Stephani testimonium addubitavit. At Zellero contradicendum est Ionum scholae philosophae Diogenem fuisse addictum ac dialectum Ionicam ab omnibus huius aetatis philosophis adhibitam esse cf. Bergkium Hist. lit. gr. II 395. Accuratiora quaedam de Diogenis dialecto profert Panzerbieterus Diog. fr. p. 30 s.

ἀνθρώπων ὀλίγους φησὶν ἀνατείναντας τὰς χεῖρας ἐνταῦθα ὃν νῦν ἠέρα καλέομεν οἱ Ἕλληνες, πάντα Δία μυθεῖσθαι non solum pertinent ad Diogenem, sed etiam ad Anaximenem et Epimenidem, audi enim τῶν λογίων ἀνθρώπων ὀλίγους. Verisimillimum igitur est Epimenidis theogoniam post Anaximenis librum divulgatum conscriptam esse, id est non ante saeculi sexti finem.

Sed alterum quoque principium unde Epimenides orsus est deducit nos in idem tempus. Cum Aere enim Nox coniuncta est quae ante Orphicorum aetatem a nullo theologo in tam eximio loco posita est. De his cf. supra p. 17 ss. Ergo ex hoc principio certissime concludi potest Orphicorum cosmologiam theogoniae Epimenideae notam fuisse; atque etiam alia praesto sunt. Nam Epimenidem quoque ovum mundanum introduxisse Damascius l. l. refert; en habes iterum doctrinam Orphicam. Qui autem deus ex ovo in hac theogonia proruperit nescio. Si Orphicorum vestigia accurate pressit Epimenides, eum Phanetem ex ovo prosilientem finxisse verisimile est. Sed rem incertam esse concedo. Ex theogonia Orphica fortasse etiam Ἔχιδνα (Paus. VIII 18, 2 cf. supra p. 31) sumpta est, sed genealogia certe mutata est nec negari potest Hesiodum quoque Epimenidi Ἐχίδνης introducendae ansam praebere potuisse.

Restat autem unum principium quod ab Epimenide in omnium rerum initio positum est. Tartarum dico quem ab Aere et Nocte procreatum esse Damascius refert. In mundo creando Tartaro ab Orphicis nullae partes attributae esse videntur, fragmenta quibus Tartari mentio fit spectant ad hominum scelestorum poenas ac cruciatus [57]). Hoc igitur principium Epimenides vix ab Orphicis mutuatus est, sed ab Hesiodo cf. theogoniae versum 119

Τάρταρα τ' ἠερόεντα μυχῷ χθονὸς εὐρυοδείης.

---

[57]) Procl. comm. in Remp. Plat. ed. Schoell p. 117, 24 (Abel fr. 154 cf. fr. 97). Nullam esse causam, cur hos locos ex theogoniae fragmentis expungamus p. 51 dixi. Nec negligendum est Pherecydem Syrium in Pentemycho (fr. VI) id est in theogonia similia de Tartaro dicere.

cf. Preller-Roberti Myth. gr. I 39 adn. 2. In eo omnes fere theologi theogonicae poesis signiferum sequuntur, quod Tartaro in mundo deisque creandis parvam tantum partem attribuunt. Unus Musaeus omnium rerum principium ad Tartarum refert fr. 6 Kink. Philod. *π. ε.* p. 61, 15 Gomp. *ἐν δὲ τοῖς [ἀνα]φερομένοις εἰς [Μο]υσαῖον γέγραπται [Τάρτ]αρον πρῶτον [τὴν Ν]ύκτα καὶ* .... cf. Philod. ibid. v. 5 *ἐμ μὲν [τισὶ]ν ἐκ Νυκτὸς καὶ Ταρ[τάρου] λέγεται [τὰ π]άντα.* Itaque quispiam coniciat Epimenidem in Tartaro commemorando Musaei theogoniam secutum esse, praesertim cum ad Musaeum spectet fr. V, de quo vide infra. At haec res discerni nequit.

Fuerunt autem qui Aristophanis locum illum de Avium cosmogonia (cf. supra p. 48 ss.) ad Epimenidem referre mallent. Quamquam res ab I. H. Vossio (ep. myth. II 15) olim prolata perversa est, tamen eam viri docti silentio non praeterierunt, nam Schusterus p. 41 adn. 1 postquam attulit scholiastae illa verba: *ταῦτα οὐκ ἀναγκαῖον ἀπενθύνειν πρὸς τὰ Ἡσιόδου ἢ πρός τινα ἄλλον τινὸς γενεαλόγου* pergit: 'Ceterum etiam de Epimenide cogitari posset cf. Damascium p. 383'. At ne cogitari quidem posse de Epimenide dico. Nam etiamsi poetas iam sexto saeculo *Χάος* idem atque aera esse dixisse libenter concedimus (cf. Dielesium in Actis conv. Stetinensis 108 adn. 38), versus Aristophaneos ad Epimenidem referre vetamur poetae comici versibus 694

γῆ δ' οὐδ' ἀὴρ οὐδ' οὐρανὸς ἦν

et vss. 700

πρότερον δ' οὐκ ἦν γένος ἀθανάτων, πρὶν Ἔρως
ξυνέμιξεν ἅπαντα·
ξυμμιγνυμένων δ' ἑτέρων ἑτέροις γένετ' οὐρανὸς
ὠκεανός τε
καὶ γῆ πάντων τε θεῶν μακάρων γένος ἄφθιτον.

Quae enim hic de terra ac caelo dicuntur eadem etiam in aera cadere ex versu 694 elucet. Quibus si Epimenidis theogoniam Aristophanes significare voluisset, ineptus fuisset

et absurdus. Demonstravimus igitur Aristophanem ad theogoniae Epimenideae exordium intellegendum arcessendum non esse ac Philodemo excepto p. 19, 2 Gomp. *ἐν δὲ τοῖς [εἰς Ἐπι]μενίδην [ἐξ ἀέρος] καὶ νυκτὸς [τὰ πάντα σ]υστῆναι,* unum Damascii testimonium coniectura certissima ad eam refertur. Complectentibus nobis quae supra exposuimus ita res se habere videtur ut post Anaximenis Orphicorumque tempora theogonia Epimenidea composita esse videatur. Potest igitur iam saeculo sexto exeunte conscripta esse.

His autem peractis altera nec minus gravis quaestio oritur. Extantne alia fragmenta, quibus theogoniam Epimenideam saeculo sexto adscribere vetamur? Ut hoc iure posse negari demonstrem singula perlustranda sunt.

Ordiamur a fragmentis metricis. Certissima coniectura (cf. Hillerum p. 526) ad Epimenidis theogoniam referri possunt hi versus (fr. II):

Γήμαιο δ' Εὐνόμην θαλερὴν Κρόνος αγκυλόμητις·
ἐκ τοῦ καλλίκομος γένετο χρυσέη Ἀφροδίτη
Μοῖραί τ' ἀθάνατοι καὶ Ἐρινύες αἰολόδωροι.

Hac in re enarranda Epimenides multum discrepat et ab Hesiodo et ab Orphicis, ex omnibus poetis unus Venerem a Saturno generatam esse dixisse videtur nec minus cum aliorum poetarum carminibus dissentiunt quae de Moeris Furiisque Saturni filiabus dicuntur. Quod autem Venus Moerarum soror ab Epimenide dicta est non est cur miremur, nam plures extant loci unde Venerem cum Moeris coniunctam fuisse elucet velut Paus. I 19, 2 cf. Vossium ep. myth. II 286 Schoemannum op. ac. II 22 imprimis Robertum in Prelleri Myth. gr. I [4] p. 350 adn. 1, 358 adn. 2. Ac monendum est et Spartae et Athenis Venerem una cum Moeris cultam esse (cf. Robertum l. l.), quibus in urbibus Epimenidem Cretensem moratum esse constat. Gravissimus autem esse videtur hic Pausaniae locus III 12, 11 in Spartae descriptione: *πρὸς δὲ τῇ Σκιάδι οἰκοδόμημά ἐστι περιφερές, ἐν δὲ αὐτῷ Διὸς καὶ Ἀφροδίτης ἀγάλματα ἐπίκλησιν Ὀλυμπίων· τοῦτο Ἐπιμενίδην κατασκευάσαι λέγουσιν, οὐχ ὁμολογοῦντες τὰ ἐς αὐτὸν Ἀργείοις,*

ὅπου μηδὲ πολεμῆσαί φασι πρὸς Κνωσίους. Hoc igitur statui potest ea quae de Epimenidis vita tradita sunt, valde consentire cum illis de Venere Moerarum sorore versibus. Sed de Saturni coniuge nonnulla monenda sunt; nam iure viri docti voce *Εὐονύμη* offensi esse videntur, quia a verbo *ὄνομα* sola forma *Εὐωνύμη* derivari potest cf. Fickii *gr. Personennamen* p. 141. Forsitan metri causa — sed rem prorsus incertam esse scio — *Εὐονύμη* ab Epimenide posita est; nam idem Sophoclis scholiasta cui praeter Tzetzem uni versus Epimenideos debemus adiungit etiam plura de Furiis (cf. M. Wellmannum De Istro Callimachio p. 15) quibus docemur Istrum in Atthidis libro quarto Furiarum matrem *Εὐωνύμην* nominasse eodemque spectat scholium in Aeschin. I 188: *Οἱ δὲ Ἀρεοπαγῖται τρεῖς που τοῦ μηνὸς ἡμέρας τὰς δίκας ἐδίκαζον τὰς φονικάς, ἑκάστῃ τῶν θεῶν μίαν ἡμέραν ἀπονέμοντες. ἦν δὲ τὰ πεμπόμενα αὐταῖς ἱερὰ πόπανα καὶ γάλα ἐν ἄγγεσι κεραμικοῖς. φασὶ μέντοι αὐτὰς οἱ μὲν* (Soph. Oed. Col. v. 40) *Γῆς εἶναι καὶ Σκότους καὶ Εὐωνύμης, ἣν καὶ Γῆν ὀνομάζεσθαι. Κληθῆναι δὲ Εὐμενίδας ἐπ' Ὀρέστου, πρότερον Ἐρινύας καλουμένας.* Atque afferri potest *Εὐώνυμος ὁ Γῆς καὶ Οὐρανοῦ* cuius memoria extat apud Stephanum Byz. s. v. *Εὐωνύμεια πόλις Καρίας* cf. Ioannem Geffckenium De Stephano Byzantio capita duo. Diss. Gott. 1886 p. 51. At cum in Epimenidis versibus de *Εὐονύμης* nomine dubitari possit lubrica coniectandi via ire nolo atque rem in dubio relinquere malim.

Sequuntur tres ab Aeliano de nat. anim. XII 7 p. 296, 25 ss. Herch. traditi versus (fr. V.) in quos Hillerus p. 527 adn. 1 paulo acrius invectus est cum plane absurdum ludibrium appellavit:

καὶ γὰρ ἐγὼ γένος εἰμὶ Σελήνης ἠνκόμοιο,
ἣ δεινὸν φρίξασ' ἀπεσείσατο θῆρα λέοντα
ἐν Νεμέῃ, ἀνάγουσ' αὐτὸν διὰ πότνιαν Ἥρην.

Nullus enim scrupulus haeret in his versibus, cum tibi persuaseris ab Epimenide Musaei personam loquentem induci qui quidem Lunae filium recte se nuncupabat. Quod mihi

demonstravit Carolus Robertus. Cf. Plat. Rep. II 364 E *βίβλων δὲ ὅμαδον παρέχονται Μουσαίου καὶ Ὀρφέως Σελήνης τε καὶ Μουσῶν ἐγγόνων, ὥς φασι,* Kinkelii F. E. Gr. p. 219 ubi deest Procl. in Plat. Tim. 326 C p. 792 Schn. (cf. Iahn-Usenerum ad Plat. Symposium p. 190 B). Multum autem adiuvare videntur Roberti coniecturam Orphicorum versus nonnulli quibus Musaeus accurate significatur fr. 4 Abel (Iustin. Cohort. c. 15 p. 50, 5 Otto):

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστί, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι
Πάντες ὁμῶς. Σὺ δ' ἄκουε, φαεσφόρου ἔκγονε Μήνης
Μουσαῖ' · ἐξερέω γὰρ ἀληθέα.

cf. Argonaut. 1191 Ab. Foersteri *Raub und Rückkehr der Persephone* p. 41.

Nonnulla autem de leone Nemaeo addenda sunt, quia forsitan quispiam dicat fabulam quam theogonia Epimenidea sequitur sapere Alexandrinorum poesin. De hac fabula egit Meinekius in Analectis Alexandrinis p. 85, cum Euphorionis fr. XLVII egregie emendavit et interpretatus est. Gravissimum autem Anaxagorae testimonium est ap. schol. Apoll. Rhod. I 498 *τὴν δὲ σελήνην · Ἀναξαγόρας χώραν πλατεῖαν ἀποφαίνει ἐξ ἧς* (Schaubachius, Meinekius: *ἐν ᾗ* codd.) *δοκεῖ ὁ Νεμεαῖος λέων πεπτωκέναι* cf. Schaubachium p. 161. Nulla est res cur scholiastae verbis diffidamus. Immo non mirabimur Anaxagoram theogoniam Epimenideam secutum esse cum ea quae de Luna refert ex Orphicorum cosmogonia eum mutuatum esse intellexerimus cf. supra p. 53.

Venis ad fr. VI in quo olim Ahrensius Epimenidis versum ipsum invenisse sibi visus est. De quo postquam R. Muenzelius in Quaestionibus mythographis p. 11 fuse egit atque locis huc pertinentibus Apollodori Atheniensis frustula acutissime detexit pauca monenda sunt. Affertur ab Apollodoro Epimenidis de Panis ortu testimonium quo Pan et Arcas filii Iovis ac Callistus dicuntur. Comprehendimus igitur ut in fr. V hic quoque fabulam in Peloponneso ortam, ac nulla est causa cur ex Epimenidis theogonia hanc genealogiam sumptam esse negemus.

De fr. III autem quamquam iam p. 71 dixi, uberiora monenda sunt, quia ex E. Rohdii sententia (*Griech. Roman* 261 adn.) Suidae verbis s. *Ἐπιμενίδης: οὗ λόγος ὡς ἐξίοι ἡ ψυχὴ ὁπόσον ἤθελε καιρόν, καὶ πάλιν εἰςῄει ἐν τῷ σώματι* atque Epimenidis de Styge loco collatis Epimenidis quoque *κατάβασιν ἐς Ἅιδου* extitisse concludi potest. Sed coniectura in incerto posita est id quod Rohdium ipsum minime fugit. Nulla enim est causa cur novum Epimenidis opus fingamus atque ea quae a Pausania commemorantur theogoniae Epimenideae abiudicemus. Immo figurae mythologicae quae hoc Epimenidis loco comparent multo magis carmini cuidam theogonico quam *καταβάσει* aptae sunt: fere omnes ex Hesiodi theogonia notae sunt v. 383 s.

Στὺξ δ' ἔτεκ' Ὠκεανοῦ θυγάτηρ Πάλλαντι μιγεῖσα
Ζῆλον καὶ Νίκην καλλίσφυρον ἐν μεγάροισι.

Quibus versibus collatis ea confirmantur quae p. 71 monui. Addi potest Pherecydem Syrium in Pentemycho similia de Aethalidae anima professum esse fr. IX cf. infra.

Ad hanc theogoniae partem pertinet etiam fr. IV (Philodemi *π. εὐσ.* p. 46 Gomp.); Typhon enim cum Echidna coniunctissimus est cf. Schoemannum *Hes. Theog.* (1868) p. 161 Preller-Robertum I [4] 65.

Philodemo (*π. ε.* p. 43 Gomp. fr. VII) debemus hanc quoque Epimenidis sententiam de Harpyiis atque Hesperidis *τὰς Ἁρπυίας τὰ μῆ[λα φ]υλάττειν Ἀκο[υσίλ]αος, Ἐπιμενίδης δὲ καὶ τοῦτο καὶ τὰς αὐτὰς εἶναι ταῖς Ἑσπερίσιν*, quibus verbis nihil habeo quod addam praeterquam quod monendum est similiter Orphicos varia deorum numina confudisse. Cf. Procl. in Plat. Cratyl. p. 96 Boisson. *Ὅτι τὴν Δήμητραν Ὀρφεὺς μὲν τὴν αὐτὴν λέγων τῇ Ῥέᾳ εἶναι λέγει, ὅτι ἄνωθεν μὲν μετὰ Κρόνου οὖσα ἀνεκφοίτητος Ῥέα ἐστί, προβάλλουσα δὲ καὶ ἀπογεννῶσα τὸν Δία Δημήτηρ. λέγει γὰρ Ῥείην τὸ πρὶν ἐοῦσαν ἐπεὶ Διὸς ἔπλετο μήτηρ' γεγονέναι Δήμητραν* Abel fr. 106 cf. Lob. p. 537. 1225, Prelleri *Demeter und Persephone* p. 49 ss. Mannhardtii *Mythologische Forschungen* p. 241 et ea quae in parte tertia disseram.

Huc pertinere videtur etiam Philodemi locus *π. ε.* p. 18, 17 s. (fr. VII), nam v. 7 de Harpyiis dicitur cf. Dielesii supplementa.

Certiore autem ratione theogoniae Epimenideae attribui possunt ea quae ap. schol. ad Apoll. Rhod. IV 57 (p. 487, 4 K.) fr. VIII leguntur: *Ἐπιμενίδης δὲ αὐτὸν* (sc. *τὸν Ἐνδυμίωνα*) *παρὰ θεοῖς διατρίβοντα ἐρασθῆναί φησι τῆς Ἥρας, διόπερ Διὸς χαλεπήναντος αἰτήσασθαι διὰ παντὸς καθεύδειν.* En habemus iterum fabulam Peloponnesiacam! Spectat autem Epimenides eam Endymionis fabulam de qua omnium primus Hesiodus in Eoeis (schol. ad. Ap. Rh. l. l. fr. 167 Rz.) egisse videtur. Multo autem differt haec fabula a Carica qua Endymion a Luna adamatus perhibetur, nec dubitari potest quin fabula de Iunone ab Endymione amata antiquior sit quam ea quae ad antrum Latmicum pertinet; nam posteriore demum tempore Lunam in fabulam Eleam irrepsisse facile cognosces, si testimonia a L. de Sybel in Roscheri lexico mythologico 1246 ss. collecta ac disposita perlustraveris. Atque scite monet me C. Robertus ne Platonem quidem fabulae Caricae mentionem facere in Phaedone p. 72.

Priusquam autem progrediamur ad sententiam nostram de theogoniae Epimenideae aetate stabiliendam, duo tractemus fragmenta quae sane dubia sunt nec theogoniae fragmentis adnumerari debent. Dico primum fr. 11 Kinkelii de quo fusius agerem, nisi Bergkius Hist. Lit. gr. II 77 adn. 8 recte de eo dixisset cf. Hillerum p. 527 adn. 1. Hoc enim unum ex Lydi loco de mens. IV 13 *οἱ δὲ περὶ Ἐπιμενίδην ἄρρενα καὶ θήλειαν ἐμύθευσαν τοὺς Διοσκούρους, τὸν μὲν αἰῶνα ὥςπερ μονάδα, τὴν δὲ φύσιν ὡς δυάδα καλέσαντες· ἐκ γὰρ μονάδος καὶ δυάδος ὁ πᾶς ζωογονικὸς καὶ ψυχογονικὸς ἐξεβλάστησεν ἀριθμός* colligendum est *τοὺς περὶ Ἐπιμενίδην* i. e. Neoplatonicos sive Neopythagoreos abusos aliquo Epimenidis loco de Dioscuris egisse.

Quo autem modo ille de Epimenide locus ap. schol. ad Clem. Alex. Protr. II § 26 [58]) (fr. 15 K.) *οὗτος* (sc. *Ἐπιμενίδης*)

---

[38]) Clementis ipsius verba sunt: *ὥςπερ ἀμέλει καὶ Ἐπιμενίδης ὁ παλαιὸς Ὕβρεως καὶ Ἀναιδείας Ἀθήνῃσιν ἀναστήσας βωμούς.*

καὶ ὕβριν καὶ ἀναίδειαν ὑπέλαβεν εἶναι θεούς, καὶ νεὼς καὶ βωμοὺς αὐταῖς ἱδρύσαιο in theogoniae fragmenta irrepserit, dicere non possem, nisi Kinkelius verba ὑπέλαβεν εἶναι θεοὺς litteris diductis imprimi sapienter iussisset. Res ridicula est et vix digna quae refellatur. Quis enim inde concludat Epimenidem in theogonia de Ὕβρει καὶ Ἀναιδείᾳ dixisse? Omnia plana claraque sunt, si Epimenidis illas lustrationes respicias, quas in Solone c. 12 Plutarchus commemorat. A vate Cretensi arcem et Areopagum expiatos esse vetus fabula est et notissima sunt quae de Contumeliae et Impudentiae (cf. tamen Kaibelium ap. Wellmannum De Istro p. 17 adn. 19a) lapidibus in Areopago positis Pausanias I 28, 5 tradit. Iam Theophrastum, quo Istrum usum esse non falso coniecit Wellmannus p. 17, de Epimenidis lustrationibus dixisse schol. Clementis illo loco ac Cicerone de Legg. II 11, 28 collatis concludi potest ex Zenobio IV 36 p. 94 Schn. Θεὸς ἡ Ἀναίδεια· Θεόφραστος ἐν τῷ Περὶ νόμων Ὕβρεως καὶ Ἀναιδείας παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις εἶναι βωμούς. Huc spectat etiam Aeschyli schol. Prom. v. 12 quod apud Wellmannum desidero: ἐν παραχορηγήματι αὐτῷ εἰδωλοποιηθεῖσα Βία. παρὰ Ἀθηναίοις Αἰδὼς τιθηνὸς Ἀθηνᾶς, Τόλμης τε καὶ Ἀναιδείας τεμένη παρὰ αὐτοῖς.

Examinatis fragmentis, quae a Kinkelio theogoniae Epimenideae adscripta sunt, restat, ut de eis loquar, quae ex Epimenide hauserunt Pseuderatosthenes ac Diodorus. Cum eis enim quae Diodorus de rebus Creticis V 64—80 narrat, optime conspirant quae in Pseuderatosthenis catast. XXVII p. 148, V p. 66 ss. Rob. leguntur. Praeclare evicit Robertus p. 241 ss. Epimenidis theologi nomen adscriptum fuisse operi illi, unde Diodorus et Pseuderatosthenes res Creticas hauserint; Κρητικὰ autem Epimenidis idem esse carmen ac theogoniam, quae Cretensis celeberrimi vatis sacerdotisque nomine ferebatur, concedere nequeo. Nam primo pugnant, quae Pseuderatosthenes de Capricorno Aegipanis ac Caprae filio refert, cum fragmento VI (cf. p. 75), quod ut theogoniae fragmentis adscribamus suadet quam maxime fabula Peloponnesiaca. Tum Diodoro anti-

quissimorum poetarum auctoritatem afferenti diffidere cogimur, postquam Erici Bethii egregiae quaestiones Diodoreae mythographae (Diss. Gottingensis 1887) editae sunt. Denique ea nec sperni nec refelli possunt quae de Epimenidis Creticis monuit Mayerus *Giganten und Titanen* p. 228 adn. 176. Itaque *Κρητικά* idem esse opus ac theogoniam, de qua hic sola agitur, negandum est.

Theogoniam igitur Epimenideam, ut comprehendamus quae exposuimus, saeculo sexto confectam esse verisimillimum est, neque ullum extat fragmentum quo hoc statuere vetemur. Sed occurrent mihi, qui huic carmini gravissimum periculum imminere contendant ex Laertio I 111. Qui cum Epimenidis librorum catalogum ex Lobonis falsarii famosi auctoritate recenseat ibique *θεογονίαν* ponat, sunt qui simul cum Lobone etiam titulos illos cadere arbitrentur (cf. Hillerum l. l. Robertum Eratosth. catast. fr. p. 251). Sed ut post Hilleri egregiam operam Lobonis fidem ego nequaquam tueri nolo ita fieri tamen posse concedo, ut veris titulis immixtis ille suis commentis fidem faceret. Atque adnotavit mihi benigne H. Dielesius: 'Praeterea Laertius is est scriptor, si modo scriptoris nomen in miserrimum cadit compilatorem (cf. Useneri Epicurea p. XXXII ss.), qui excerpta sua alienis fercire soleat. Et mihi quidem haec *ἐποίησε δὲ Κουρήτων καὶ Κορυβάντων γένεσιν καὶ θεογονίαν ἔτη πεντακισχίλια* sic profecta esse a Lobone haud facile credam. Dicendum erat *θεογονίαν καὶ Κουρήτων καὶ Κορυβάντων γένεσιν*, quamquam vel sic non intellegitur, cur eiusdem generis argumentum in duos libros disiectum sit, et si duo revera finxit carmina Lobon, cur stichorum numerum ut in proximis non separavit? Accedit numerus $\overline{\mathrm{D}}$ versuum duobus carminibus vix sufficiens. Ergo quod in Solonis catalogo (Laert. I 61) factum esse vidit Hillerus (l. l. p. 523), idem in Epimenidis usu venire mihi credibile: figmentis Lobonianis inserta sunt a Laertio Alexandrinae eruditionis vera specimina. Ut igitur Curetum et Corybantum generatio et Argonautica Loboni libenter reddimus, ita theologiam mordicus tenemus'. Quam Epimenidi

adscriptam multis saeculis ante Lobonem extitisse fragmenta clare docent.

Iamiam videamus quomodo se habeant, quae de Epimenidis aetate ac vita tradita sunt. De hac re nuperrime a viris doctis tam multa in diversas partes acta sunt, ut vix auderem rem accuratissime agitatam denuo tractare, nisi via nova nec trita progredi conarer. Si ea quae de Epimenidis theogonia enucleavi recta sunt, ad irritum cadit eorum virorum doctorum sententia, qui hanc theogoniam a Solonis aequali conscriptam esse ariolati sunt. At nuper postquam B. Nieseus in Comm. hist. in honorem A. Schaeferi p. 12 ss. unquam vixisse Epimenidem praefracte negavit, causae gravissimae prolatae sunt, cur Epimenidem decem annis ante bella cum Persis gesta vixisse cum Platone pro certo habendum sit. Nolo longus esse in re a Georgio Loeschckio (De Pausaniae descriptione arcis Athenarum quaestiones Dorpati 1883 p. 23 ss.) felicissime perfecta; sed scio multos esse qui illius argumentationem quam vehementissime impugnent [59]). Quare huic viro doctissimo gratum facere mihi videor, si auxilium prorsus aliunde petam. Vides enim quae de theogonia exposui valde consentire cum eis quae Loeschckius egregie disseruit de vatis Cretensis aetate. Nititur autem eius opinio Platonis testimonio sane gravissimo (Legg. I 642 D) quod quantum distet a narratione Plutarchea neminem fugit. Sed ut acute ac docte ita frustra Platonis errorem quem statuunt viri docti explicare conati sunt. Zellerus autem (*Über die Anachronismen in den platonischen Gesprächen* in Comment. acad. Berol. 1873 p. 95 ss.) iure quidem professus talem errorem Platoni vindicari non licere parum recte ad Philippum Opuntium confugit a quo hunc locum in Platonis leges insertum esse opinatur. Sed iam Schultessius p. 7 viri summi opinionem impugnavit nec video qua via error quo Platonem liberare volunt Philippo possit vindicari; ex illo Symposii loco a Zellero l. l. allato etiam contraria res con-

---

[59]) Probat Loeschckii sententiam praeter Busoltium Hist. gr. I p. 509 C. Robertus in Prelleri Myth. gr. I [4] p. 146 adn. 1.

cludi potest, sicuti iam Lobeckius p. 315 Diotimam Socratis magistram Epimenidem aemulatam esse suspicatus est. Qui autem novissimus de hoc Legum loco disputavit E. Praetorius (De Legibus Platonicis a Philippo Opuntio retractatis Bonnae 1884 p. 15 ss.), arripuit sibi Zelleri opinionem ut post Ivonis Brunsii operam (De Legum Platonicarum compositione quaestiones selectae Bonnae 1877, *Platos Gesetze vor und nach ihrer Herausgabe durch Philippus von Opus* Vimariae 1880) denuo demonstraret Leges Platonicas a Philippo esse retractatas. Sed is quoque nullo modo explicare potuit, qua re Philippus ad hunc gravissimum errorem perductus sit, atque hoc imprimis monendum est, ut in Platonis dialogis iam multi anachronismi detecti sunt ita ne unum quidem merito Philippo assignatum esse; quamobrem audacissimus habendus est, qui erroris quem Platoni adscribere cunctatur propenso animo incusat Philippum. Praetorii totam rationem accuratius examinandi hic locus non est. Miror quam maxime quod ei Loeschckii disputatio quam p. 17 commemorat, minime persuaserit, nam nulla causa — neque a Bentleio opusc. ed. Lips. 1781 p. 182 (falso per typothetae errorem legitur 172) neque a Zellero neque a Bergkio *Fünf Abhandlungen zur Geschichte der griechischen Philosophie und Astronomie* p. 76 adn. 2 neque ab Ernesto Curtio Hist. gr. I [6] p. 669 — prolata est unde Platonem errasse eluceat, multae autem sunt quibus huius testimonium comprobatur; de eis cum Loeschckius acutissime egerit te ad eius commentationem ipsam mitto. Pugnant etiam minime quae de Xenophane L. D. IX 18 legimus (cf. Dielesium in Comm. philos. in honorem Zelleri p. 253 adn. 1), quod contra Flachium gr. Lyr. II 414 adn. 4 moneo, nam *Ἐπιμενίδου* etiamtum vivi *καθάψασθαι* potèrat Xenophanes quem ne Pythagorae quidem aequali pepercisse notum est (L. D. l. l. cf. Wachsmuthii Sillographorum rell. p. 61). Neque mihi persuasit Hillerus *Deutsche Literaturzeitung* 1886 p. 474, cum dissentiens cum Wachsmuthio l. l. p. 60 Epimenidis theogoniam a Xenophane in 'Sillis' perstrictam esse negavit, quia Cretensis nomen in hexametris non potuerit afferri; sed cur poetae Colophonio alia Epimenidis

significatione velut Κρητικὸς ἠπεροπευτής uti non licuerit haud intellegitur; praeterea cf. quae de senariis per saturam hexametris immixtis exposuit Wilamowitzius Comm. gramm. II p. 7. Porro si Platonem et Loeschckium sequimur, ne illa quidem testimonia unde consuetudinem Epimenidis cum Pythagora fuisse audimus prorsus cum Hoeckio *Kreta* III 253 reiicienda sunt [60]). Id certe ex eis cum aliqua probabilitate colligi potest utrumque virum sapientem eodem tempore vixisse. Atque cum haec ita sint, Ernesto Curtio l. l. assentiri nequeo profitenti: *Das Schweigen von Herodot und Thukydides nicht beweisend.* Immo si Herodotus V 71 et Thucydides I 126 Epimenidis nullam faciunt mentionem certo concludi potest eius personam quinto saeculo cum scelere Cylonio nondum coniunctam fuisse ac scite monet Ioannes Geffckenius amicus Thucydidis verbis τὸ ἄγος ἐλαύνειν τῆς θεοῦ probari belli Peloponnesii initio nondum percrebuisse famam qua Epimenides scelus expiasse narretur.

Qua autem via Hermippus [61]) sive eius auctor qui totam de Solonis aetate narrationem primus fabulis ornavit eo deductus sit, ut Epimenidem cum Atheniensium longe sapientissimo viro artissime coniungeret, dicere nequeo, sed res non incredibilis est, si tecum reputaveris quam variis ac diversis fabulis Solonis figura a veteribus ornata sit, quam arte Graecorum sapientissimus quisque cum Solone coniungi soleat, atque si memineris iam Platonis temporibus Epimenidis quoque personam fabulosis narratiunculis paene obrutam esse; expergiscitur ex tam longo somno Epimenides, ut fabulosos illos annos computans facile aliquis audere potuerit profiteri Epimenidem iam Solonis fuisse socium.

---

[60]) Vel in Pythagoreorum numero Epimenides a posteris habitus est cf. F. Beckmanni quaestionum de Pythagoreorum rell. partem priorem Berolini 1844 p. 9.

[61]) Septem sapientium numero Epimenides iam a Leandro Milesio adscriptus est. Cf. Schultessium p. 6 'qua re non dubium est, quin hunc Thaletis et Solonis aequalem esse crediderit'. Attamen de hac re dubitari potest.

CAPUT TERTIUM.

DE PHERECYDIS PENTEMYCHO.

FRAGMENTA.

Suidas s. v. *Φερεκύδης: ἔστι δὲ ἅπαντα ἃ συνέγραψεν ταῦτα· Πεντέμυχος ἤτοι Θεοκρασία ἢ Θεογονία· ἔστι δὲ Θεολογία ἐν βιβλίοις δέκα, ἔχουσα θεῶν γένεσιν καὶ διαδόχους.*

Πεντέμυχος Prellerus *Ausgewählte Aufsätze* p. 351 coll. Damasc. *π. ἀρχ.* 384, 6 K. (Eudemi fragm. Spengelii ed. altera p. 170, 24): *Ἑπτάμυχος* libri: *Δεκάμυχος* vel *ἐν βιβλίοις ἑπτὰ* Sturzius Pherecydis fragmenta ed. II p. 27. | *ἢ Θεολογία. ἔστι δὲ Θεογονία* C. Muellerus F. H. Gr. I p. XXXV | *ἐν βιβλίοις δ'* Bergkius Hist. lit. gr. II 425 | *διαδοχάς* Prellerus l.l. Bergkius l. l.

Apollon. de pronom. p. 82 C Bekk. *καὶ Φερεκύδης ἐν τῇ θεολογίᾳ.*

Laertius Diogenes I 116 *ἰοῦτόν φησι Θεόπομπος πρῶτον περὶ φύσεως καὶ θεῶν Ἕλλησι γράψαι.* Cf. Dielesium *Archiv für die Geschichte der Philosophie* I (1887) p. 15.

Post Sturzium qui Pherecydis Atheniensis fragmentorum collectioni de Pherecyde utroque et philosopho et historico commentationem mirae doctrinae plenam (Pherecyd. fragm. coll. em. ill. F. G. Sturz ed. altera Lipsiae 1824) praemisit, atque omnia quae usque ad illum annum de utroque scripta erant diligenter congessit, egerunt de Pherecydis Pentemycho imprimis hi viri docti:

Brandisius *Handb. d. Gesch. d. Griech.-Röm. Philosophie* Berolini 1835 I 79 ss.

Prellerus Mus. Rhen. IV (1845) 377 ss. (cf. Erschii et Gruberi Encyclopaediam s. v., *Ausgewählte Aufsätze aus dem Gebiete der klassischen Altertumswissenschaft. Herausgegeben von R. Koehler* Berolini 1864 p. 350 ss.)

I. L. Iacobius *Ueber die Fragmente des Pherekydes bei den Kirchenvätern* Gothae 1850.

R. Zimmermannus *Ueber die Lehre des Pherekydes von Syros und ihr Verhältniss zu aussergriech. Glaubenskreisen* in *Zeitschr. f. Philosophie u. philos. Kritik N. F.* t. XXIV (1854) p. 160 ss.

I. Conradus De Pherecydis Syrii aetate atque cosmologia Diss. Bonn. 1856.

Zellerus Hist. phil. Gr. I [4] 71 ss.

H. Weilius *Revue de philologie* II (1878) p. 84.

Bergkius Hist. lit. Gr. II 424 ss.

Dielesius *Zu Pherekydes von Syros* in *Archiv f. d. Gesch. d. Philos.* I (1887) p. 11 ss.

Maximus Tyrius dissert. X p. 174 Rsk. *Ἀλλὰ καὶ τοῦ Συρίου τὴν ποίησιν σκόπει καὶ τὸν Ζῆνα καὶ τὴν Χθονίην καὶ τὸν ἐν τούτοις Ἔρωτα καὶ τὴν Ὀφιονέως γένεσιν καὶ τὴν θεῶν μάχην καὶ τὸ δένδρον καὶ τὸν πέπλον.*

I

Laertius Diogenes I 119 *Σώζεται δὲ τοῦ Συρίου τό τε βιβλίον ὃ συνέγραψεν, οὗ ἡ ἀρχή· Ζὰς μὲν καὶ Χρόνος ἦσαν ἀεὶ καὶ Χθονίη· Χθονίη δὲ ὄνομα ἐγένετο Γῆ, ἐπειδὴ αὐτῇ Ζὰς γῆν γέρας διδοῖ.*

ζὰς Laertii libri *BP*[1] cf. Dielesium l. l. p. 12: *Ζεὺς* editiones: *Ζῆς* Weilius | *Κρόνος* Prellerus Conradus | *ἦσαν ἀεί* Dielesius *Ἦσ ἀεὶ B*: *εἰσαεὶ P*[1]: *ἀεὶ* Damasc.: *εἷς ἀεὶ P*[2]: *εἷς ἀεὶ* vulgo (cf. Tiedemanni *Griechenlands erste Philosophen* p. 173 Sturzium

p. 40): ἔσαν αἰεὶ Weilius | Χθονίῃ Casaubonus Weilius: χθόνην *B*: χθὼν ἦν *P* vulgo | Χθονὶ δὲ Reiskius Max. Tyr. p. 174, Prellerus *Demeter und Persephone* p. 186 Cobetus | οὔνομα Cobetus | ζὰς *BP*[1] | γην γέρας *B*: γῇ γέρας *P*[1]: γὴν (sic) γέρας Menagius cf. Dielesium l. l.: γην om. vulgo: Ὠγῆνον vel Ὠγῆνα Burnetius: pro γέρας coni. πέρας Friesius Hist. phil. I 93, Roseus De Aristotel. libr. ord. p. 72.

Damasc. π. ἀρχ. p. 384 K. (Eudemi fr. CXVII Sp. ed. II) Φερεκύδης δ' ὁ Σύριος Ζάντα μὲν εἶναι ἀεὶ καὶ Χρόνον καὶ Χθονίαν τὰς τρεῖς πρώτας ἀρχάς, τὴν μίαν φημὶ πρὸ τῶν δυοῖν καὶ τὰς δύο μετὰ τὴν μίαν. τὸν δὲ Χρόνον ποιῆσαι ἐκ τοῦ γόνου αὐτοῦ πῦρ καὶ πνεῦμα καὶ ὕδωρ τὴν τριπλῆν οἶμαι φύσιν τοῦ νοητοῦ· ἐξ ὧν ἐν πέντε μυχοῖς διῃρημένων πολλὴν ἄλλην γενεὰν συστῆναι θεῶν, τὴν πεντέμυχον καλουμένην, ταὐτὸν δὲ ἴσως εἰπεῖν πεντέκοσμον.

Cf. Heitzium *Strassburger Abhandlungen zur Philosophie* in honorem Zelleri 1884 p. 19. ζᾶντα Marc.: ζῶντα Kopp.: Ζῆν τε C. O. Muellerus *Gött. Gel. Anz.* 1829, 400. | μένεναι Marc. | Χθόνον Kopp. | αὐτοῦ ego cf. infra: ἑαυτοῦ libri: ἑαυτοῦ ante γόνου transp. Mullachius | ἄλλην deest ap. Koppium | πεντέμυχον Marc. cf. Koppii adnot.: παντέμυχον Monac.: πεντέμψυχον Koppius (ex Hambg.?) | τὴν ante πεντέκοσμον Kopp.

Aristot. Metaph. N 4, 1091 b 4 οἱ δὲ ποιηταὶ οἱ ἀρχαῖοι ταύτῃ ὁμοίως, ᾗ βασιλεύειν καὶ ἄρχειν φασὶν οὐ τοὺς πρώτους, οἷον νύκτα καὶ οὐρανὸν ἢ χάος ἢ ὠκεανόν, ἀλλὰ τὸν Δία. οὐ μὴν ἀλλὰ τούτοις μὲν διὰ τὸ μεταβάλλειν τοὺς ἄρχοντας τῶν ὄντων συμβαίνει τοιαῦτα λέγειν, ἐπεὶ οἵ γε μεμιγμένοι αὐτῶν [καὶ] (del. Bonitzius in comm. 586) τῷ μὴ μυθικῶς ἅπαντα λέγειν, οἷον Φερεκύδης καὶ ἕτεροί τινες, τὸ γεννῆσαν πρῶτον ἄριστον τιθέασι .... Probus ad Virg. Buc. p. 20, 30 K. 'Consentit et Pherecydes, sed diversa adfert elementa: Ζῆνα inquit καὶ Χθόνα καὶ Κρόνον, ignem et terram et tempus significans, et esse aethera, qui regat, terram, quae regatur, tempus, in quo universa pars moderetur'. Hermias Irris. gentil. philos. 12 (Doxogr. 654, 7) Φερεκύδης μὲν ἀρχὰς εἶναι λέγων Ζῆνα καὶ Χθονίην καὶ Κρόνον· Ζῆνα μὲν τὸν αἰθέρα, Χθονίην δὲ τὴν

γῆν, Κρόνον δὲ τὸν χρόνον. ὁ μὲν αἰθὴρ τὸ ποιοῦν, ἡ δὲ γῆ τὸ πάσχον, ὁ δὲ χρόνος ἐν ᾧ τὰ γινόμενα. ζηλοτυπία τοίνυν τῶν γερόντων πρὸς ἀλλήλους. Maxim. Tyr. diss. X p. 174 Rsk. cf. supra p. 84. Ioannes Lydus de mens. p. 150 Roeth. *καὶ τὸν μὲν ἵππον προςέφερεν ὁ ὕπατος τῷ Διί (καὶ γὰρ Ἥλιος αὐτὸς κατὰ Φερεκύδην)....* Herod. *π. καθολ. προςῳδ. ιδ* I p. 402, 7 L. (cf. *π. μονηρ. λέξ α* II 911, 7 L.) *Ζὴς παρὰ Φερεκύδει κατὰ κίνησιν ἰδίαν,* Eustath. ad Odyss. p. 1387 cf. Prellerum p. 352. — Paulum differunt a Pherecydis verbis ap. Laertium Diogenem asservatis Sext. Emp. Pyrrh. Hyp. *Γ* 30 p. 126, 9 Bekk. *Φερεκύδης μὲν γὰρ ὁ Σύριος γῆν εἶπε τὴν πάντων εἶναι ἀρχήν* cf. eundem *πρὸς φυσ. Α* 360 p. 461, 24 B. Galen. Hist. phil. 18 (Doxogr. 610, 11) *Φερεκύδης μὲν ὁ Ἀσσύριος γῆν εἶναι ταύτην ἐνόμισε.....* Epiphan. adv. Haeres. III 7 (Doxogr. 590, 7) *Φερεκύδης καὶ αὐτὸς γῆν φησι πρὸ πάντων γεγενῆσθαι.* Multum aberrant a vero schol. Hes. theog. v. 116 (Flachii *Glossen und Scholien* p. 220) *καὶ Φερεκύδης δὲ ὁ Σύρος καὶ Θαλῆς ὁ Μιλήσιος ἀρχὴν τῶν ὅλων τὸ ὕδωρ φασὶν εἶναι, τὸ ῥητὸν τὸ τοῦ Ἡσιόδου ἀναλαβόντες,* Achilles Isagog. in Arati Phaenom. (Uranologium Petavii p. 125 E) *Θαλῆς δὲ ὁ Μιλήσιος καὶ Φερεκύδης ὁ Σύρος ἀρχὴν τῶν ὅλων τὸ ὕδωρ ὑφιστῶσιν. ὃ δὴ καὶ Χάος καλεῖ ὁ Φερεκύδης, ὡς εἰκὸς, τοῦτο ἐκλεξάμενος παρὰ τοῦ Ἡσιόδου οὕτω λέγοντος· ἤτοι μὲν πρώτιστα Χάος γένετο. παρὰ γὰρ τὸ χεῖσθαι ὑπολαμβάνει τὸ ὕδωρ χάος ὠνομάσθαι,* Tzetz. ad Lyc. Alex. 145 *Πολυχρονίαν δὲ καὶ παλαιὰν τὴν θάλασσαν λέγει διὰ τὸ πρῶτον εἶναι στοιχεῖον κατὰ Φερεκύδην καὶ Θαλῆν,* Favorin. Venet. 1801 p. 175 s. v. *δήναιαν θάλασσαν: διὰ τὸ πρῶτον εἶναι στοιχεῖον, κατὰ Φερεκύδην καὶ Θαλῆ.*

II

Procl. Plat. Tim. 156 A p. 368 Schn. *εἰκότως ἄρα φιλίας ἐστιν αἴτιος* (Amor) *τοῖς δημιουργήμασι καὶ ὁμολογίας. καὶ ἴσως πρὸς τοῦτο ἀποβλέπων καὶ ὁ Φερεκύδης ἔλεγεν εἰς Ἔρωτα μεταβεβλῆσθαι τὸν Δία, μέλλοντα δημιουργεῖν, ὅτι δὴ τὸν*

κόσμον ἐκ τῶν ἐναντίων συνιστὰς εἰς ὁμολογίαν καὶ φιλίαν ἤγαγε καὶ ταὐτότητα πᾶσιν ἐνέσπειρε καὶ ἕνωσιν τὴν δι' ὅλων διήκουσαν. Cf. Maxim. Tyr. l. l.

III

Celsus ap. Orig. c. Cels. VI p. 303 Spencer. *θεῖόν τινα πόλεμον αἰνίττεσθαι τοὺς παλαιούς, Ἡράκλειτον μὲν λέγοντα ὧδε . . . . . Φερεκύδην δὲ πολλῷ ἀρχαιότερον γινόμενον Ἡρακλείτου, μυθοποιεῖν στρατείαν στρατείᾳ παραταττομένην, καὶ τῆς μὲν ἡγεμόνα Κρόνον διδόναι, τῆς ἑτέρας δὲ Ὀφιονέα, προκλήσεις τε καὶ ἁμίλλας αὐτῶν ἱστορεῖν· συνθήκας τε αὐτοῖς γίγνεσθαι, ἵν' ὁπότεροι αὐτῶν εἰς τὸν Ὠγηνὸν ἐμπέσωσι, τούτους μὲν εἶναι νενικημένους, τοὺς δ' ἐξώσαντας καὶ νικήσαντας τούτους ἔχειν τὸν οὐρανόν.*

μυθοποιίαν codd. Spencer. | *ἀποδιδόναι* Prellerus | *ἱστορεῖ* Prellerus | *αὐτῶν* post *ὁπότεροι* om. vulgo, extat ap. Spenc.

Cf. Orig. c. Cels. VI p. 304 Sp.

Philo Bybl. ap. Euseb. Praep. Ev. I 10 p. 51, 28 Dind. *παρὰ Φοινίκων δὲ καὶ Φερεκύδης λαβὼν τὰς ἀφορμὰς ἐθεολόγησε περὶ τοῦ παρ' αὐτῷ λεγομένου Ὀφίονος θεοῦ καὶ τῶν Ὀφιονιδῶν, περὶ ὧν αὖθις λέξομεν.* Tertullianus de corona 7 (Mignei Patr. Lat. II 85 p. 105) 'Saturnum Pherecydes ante omnes refert coronatum, Iovem Diodorus post devictos Titanas [hoc munere a ceteris honoratum]'. De Ogeno cf. Hesych. s. v. *Ὠγενίδαι* Preller. p. 355 cf. fr. IV. — *Ὠγηνὸν* scribendum esse testatur Herodian. cath. pros. *Z* I 181, 27 L.

IV

Clem. Al. strom. VI 2, 9 (III 130 Dind.) *Φερεκύδης ὁ Σύριος λέγει: Ζὰς ποιεῖ φᾶρος μέγα τε καὶ καλὸν καὶ ἐν αὐτῷ ποικίλλει γῆν καὶ Ὠγηνὸν καὶ τὰ Ὠγηνοῦ δώματα.* Idem VI 6,53 (III 168 D.) sec. Isidorum Basilidis filium *καὶ γάρ μοι δοκεῖ τοὺς προσποιουμένους φιλοσοφεῖν, ἵνα μάθωσι τί ἐστιν ἡ ὑπόπτερος δρῦς καὶ τὸ ἐπ' αὐτῇ*

πεποικιλμένον φᾶρος, πάντα ὅσα Φερεκύδης ἀλλογορήσας ἐθεολόγησεν λαβὼν ἀπὸ τῆς τοῦ Χὰμ προφητείας. Cf. Maxim. Tyrium l. l.

Ὠγηνοῦ νάματα Prellerus: *Ὤγενον καὶ τὰ τῶν θεῶν δώματα* Wakefieldus.

V

Porphyrius de antr. Nymph. c. 31 p. 77, 11 Nauck. *Πανταχοῦ τοίνυν τοῦ διθύρου φύσεως ὄντος συμβόλου, εἰκότως καὶ τὸ ἄντρον οὐ μονόθυρον, ἀλλὰ δύο ἔχον θύρας ὡςαύτως τοῖς πράγμασιν ἐξηλλαγμένας, καὶ τὰς μὲν θεοῖς τε καὶ τοῖς ἀγαθοῖς προςηκούσας, τὰς δὲ τοῖς θνητοῖς καὶ φαυλοτέροις. ἀφ' ὧν καὶ Πλάτων ὁρμώμενος οἷδε καὶ αὐτὸς κρατῆρας, καὶ ἀντὶ τῶν ἀμφιφορέων λαμβάνει πίθους καὶ δύο στόμια, ὡς ἔφαμεν, τῶν δύο πυλῶν, καὶ τοῦ Συρίου Φερεκύδου μυχοὺς καὶ βόθρους καὶ ἄντρα καὶ θύρας καὶ πύλας λέγοντος καὶ διὰ τούτων αἰνιττομένου τὰς τῶν ψυχῶν γενέσεις καὶ ἀπογενέσεις.*

VI

Celsus ap. Orig. VI p. 304 Sp. *ταῦτα δὲ τὰ Ὁμήρου ἔπη οὕτω νοηθέντα τὸν Φερεκύδην φησὶν εἰρηκέναι τὸ: Κείνης δὲ τῆς μοίρης ἔνερθέν ἐστιν ἡ Ταρταρίη μοῖρα· φυλάσσουσι δ' αὐτὴν θυγατέρες Βορέω Ἅρπυιαί τε καὶ Θύελλα, ἔνθα Ζὰς* (sive *Ζὴς*) *ἐκβάλλει θεῶν ὅταν τις ἐξυβρίσῃ.*

Dialectum restitui: *μοίρας, βορέου, ζεὺς* codd.

VII

Laertius Diogenes I 119 (*Φερεκύδης*) *ἔλεγέ τε ὅτι οἱ θεοὶ τὴν τράπεζαν θυωρὸν καλοῦσιν.* Suidas s. v. *θυωρός. κυρίως ἡ ἱερὰ τράπεζα· ἔλεγε Φερεκύδης ὅτι οἱ θεοὶ τὴν τράπεζαν θυωρὸν καλοῦσι.*

VIII

Herodian. *π. καθ. προςῳδ. ιε* I p. 405, 5 L. *Τὰ εἰς ῃ μονοσύλλαβα ἐκ συναιρέσεως περισπᾶται, μόνη δὲ ἡ γῆ κοινὴ*

συνήθης, τὸ γὰρ Ῥῆ ἡ Ῥέα ἴδιόν ἐστι τοῦ Συρίου καὶ οὐ πᾶσιν ἴσως ἢ καὶ Ἀττικοῖς γνωστόν. Cf. *π. μονηρ. λεξ. α* II p. 911, 22 L.

IX

Schol. Apollon. Rhod. I 645 p. 339 K. *Φερεκύδης δέ φησιν ὅτι δῶρον εἶχε παρὰ τοῦ Ἑρμοῦ ὁ Αἰθαλίδης τὸ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ποτὲ μὲν ἐν Ἅιδου, ποτὲ δὲ ἐν τοῖς ὑπὲρ τὴν γῆν τόποις εἶναι.*

Tatian. orat. c. Graec. c. 25 *Πυθαγόρας Εὔφορβος γεγενῆσθαί φησιν καὶ τοῦ Φερεκύδου δόγματος κληρονόμος ἐστίν.* Suidas s. v. *Φερεκύδης καὶ πρῶτον τὸν περὶ τῆς μετεμψυχώσεως λόγον εἰςηγήσασθαι.* Tertullianus De anima c. 28 (Patrol. Lat. ed Migne tom. II p. 740): 'Quomodo credam non mentiri Pythagoram, qui mentitur ut credam? Quomodo mihi persuadebit Aethalidem et Euphorbum et Pyrrhum piscatorem et Hermotimum se retro ante Pythagoram fuisse, ut persuadeat vivos ex mortuis effici, qui iterum se Pythagoram peieravit? . . . . Sed clypeum Euphorbi olim Delphis consecratum recognovit, et suum dixit, et de signis vulgo ignotis probavit. Respice ad hypogeum eius et si capit, crede . . . . Scimus etiam magiae licere explorandis occultis, per Catobolicos et Paredros et Pythonicos spiritus. Non enim et Pherecydes Pythagorae magister his forsan artibus divinabat, ne dicam somniabat? Quid si idem daemon in illo fuit, qui et in Euphorbo res sanguinis gessit.' Cf. c. 2 (p. 690 Migne) 31 (p. 744 M.) 34 (p. 751 M.).

X

Cicero Tusc. I 16, 38: Quod literis extet, Pherecydes Syrius primum dixit animos esse hominum sempiternos, antiquus sane. Lactant. Instit. Div. VII 7 p. 79 Fr.: Immortales esse animas Pherecydes et Plato disputaverunt. Augustin. c. Acad. III c. 17: Pythagoras autem graeca philosophia non contentus, quae tunc aut paene nulla erat, aut certe occultissima, post quam commotus Pherecydae cuiusdam Syri disputationibus, immortalem esse animum credidit,

multos sapientes etiam longe lateque peregrinatus audierat. Idem ep. 137 c. 12: .... quis nunc extremus idiota, vel quae abiecta muliercula non credit animae immortalitatem vitamque post mortem futuram? Quod apud Graecos olim primus Pherecydes Assyrius cum disputasset .... Martianus Capella de nupt. Philolog. et Mercurii II 142 p. 41 Eyssenhardt.: Tunc Philologia ex aromate praeparato acerraque propria Athanasiae primitus supplicavit matrique eius gratiam multa litatione persolvit, quod nec Vedium cum uxore conspexerit sicut suadebat Etruria, nec Eumenidas et Chaldaea miracula formidarit, nec igne usserit nec lympha sublucerit nec animae simulacrum Syri cuiusdam dogmate verberarit....

XI

Apollon. de pron. p. 82 C Bekk. (p. 65, 15 Schneider) *καὶ Φερεκύδης ἐν τῇ Θεολογίᾳ, καὶ ἔτι Δημόκριτος ἐν τοῖς Περὶ ἀστρονομίας καὶ ἐν τοῖς ὑπολειπομένοις συντάγμασι συνεχέστερον χρῶνται τῇ ἐμεῦ καὶ ἔτι τῇ ἐμέο.*

XII

Apollon. de pron. p. 118 B. Bekk. (p. 92, 20 Schn.) *Αἱ πληθυντικαὶ [καὶ] κοινολεκτοῦνται καὶ' εὐθεῖαν πρός τε Ἰώνων καὶ Ἀττικῶν, ἡμεῖς, ὑμεῖς, σφεῖς. ἔστι πιστιώσασθαι καὶ τὸ ἀδιαίρετον τῆς εὐθείας παρ' Ἴωσιν ἐκ τῶν περὶ Δημόκριτον, Φερεκύδην, Ἑκαταῖον.*

δὲ post *ἔστι* Prellerus: *καὶ* antea inserebat Skrzeczka | *καὶ Ἴωσιν* Prellerus.

Quo tempore vixerit Pherecydes Syrius qui Pythagorae magister fuisse dicitur (cf. infra) incertum est nec prorsus accurate eius aetas hodie definiri potest, cum praesertim iam veterum opiniones de hac re dissentiant. Attamen una res nuper a Dielesio detecta certa esse videtur: Pentemychon post Anaximandri librum περὶ φύσεως divulgatum conscriptam esse ἡ ὑπόπτερος δρῦς (Clem. Alex. VI 6, 53 fr. IV) demonstrat cf. Dielesium l. l. [62]). Adde sermonis antiquitatem in fragmentis conspicuam qua Theopompus adductus videtur esse, ut Pherecydem primum Graecorum de natura ac deis librum composuisse profiteretur (L. D. I 116 τοῦτον πρῶτον περὶ φύσεως καὶ θεῶν Ἕλλησι γράψαι cf. Dielesium l. l.). Eorum igitur numero qui primi oratione prosa usi sunt certe adnumerandus est. Haec etsi in universum cum eis consentiunt quae e veterum testimoniis Conradus p. 14 enucleavit: 'Vixit igitur cum Thalete et Anaximandro, sed fuit natu minor, vixitque idem cum Onomacrito Orphicorum principe ac duce, sed hoc fuit maior', tamen ab hac opinione paulum declinabis, si poesis Orphicae vestigia in Pentemycho perspexeris [63]).

Ac primum de titulo cosmogoniae Pherecydeae quaedam praemonere liceat; nam iam hic pro certo statui potest Prellerum p. 351 ex Eudemi apud Dam. verbis p. 170 Speng. πολλὴν ἄλλην γενεὰν συστῆναι θεῶν, τὴν πεντέμυχον καλουμένην rectissime collegisse Πεντέμυχον non Ἑπτάμυχον ut apud Suidam s. v. Φερεκύδης legitur verum libri titulum

[62]) De libri Pherecydei obscuritate Heraclitea cf. Sturzium p. 25.
[63]) Cf. Gruppium l. l. p. 654.

Brandisius *Handb. d. Gesch. d. Griech.-Röm. Philosophie* Berolini 1835 I 79 ss.

Prellerus Mus. Rhen. IV (1845) 377 ss. (cf. Erschii et Gruberi Encyclopaediam s. v., *Ausgewählte Aufsätze aus dem Gebiete der klassischen Altertumswissenschaft. Herausgegeben von R. Koehler* Berolini 1864 p. 350 ss.)

I. L. Iacobius *Ueber die Fragmente des Pherekydes bei den Kirchenvätern* Gothae 1850.

R. Zimmermannus *Ueber die Lehre des Pherekydes von Syros und ihr Verhältniss zu aussergriech. Glaubenskreisen* in *Zeitschr. f. Philosophie u. philos. Kritik N. F.* t. XXIV (1854) p. 160 ss.

I. Conradus De Pherecydis Syrii aetate atque cosmologia Diss. Bonn. 1856.

Zellerus Hist. phil. Gr. I [4] 71 ss.

H. Weilius *Revue de philologie* II (1878) p. 84.

Bergkius Hist. lit. Gr. II 424 ss.

Dielesius *Zu Pherekydes von Syros* in *Archiv f. d. Gesch. d. Philos.* I (1887) p. 11 ss.

Maximus Tyrius dissert. X p. 174 Rsk. *Ἀλλὰ καὶ τοῦ Συρίου τὴν ποίησιν σκόπει καὶ τὸν Ζῆνα καὶ τὴν Χθονίην καὶ τὸν ἐν τούτοις Ἔρωτα καὶ τὴν Ὀφιονέως γένεσιν καὶ τὴν θεῶν μάχην καὶ τὸ δένδρον καὶ τὸν πέπλον.*

I

Laertius Diogenes I 119 *Σῴζεται δὲ τοῦ Συρίου τό τε βιβλίον ὃ συνέγραψεν, οὗ ἡ ἀρχή· Ζὰς μὲν καὶ Χρόνος ἦσαν ἀεὶ καὶ Χθονίη· Χθονίη δὲ ὄνομα ἐγένετο Γῆ, ἐπειδὴ αὐτῇ Ζὰς γῆν γέρας διδοῖ.*

ζὰς Laertii libri *BP*[1] cf. Dielesium l. l. p. 12: *Ζεὺς* editiones: *Ζῆς* Weilius | *Κρόνος* Prellerus Conradus | *ἦσαν ἀεί* Dielesius *ἦσ ἀεὶ B*: *εἰσαεὶ P*[1]: *ἀεὶ* Damasc.: *εἰς ἀεὶ P*[2]: *εἰς ἀεὶ* vulgo (cf. Tiedemanni *Griechenlands erste Philosophen* p. 173 Sturziunr

p. 40): ἔσαν αἰεὶ Weilius | Χθονίη Casaubonus Weilius: χθόνην B: χθὼν ἦν P vulgo | Χθονὶ δὲ Reiskius Max. Tyr. p. 174, Prellerus *Demeter und Persephone* p. 186 Cobetus | οὔνομα Cobetus | ζὰς BP[1] | γην γέρας B: γῆ γέρας P[1]: γὴν (sic) γέρας Menagius cf. Dielesium l. l.: γην om. vulgo: Ὠγῆνον vel Ὠγῆνα Burnetius: pro γέρας coni. πέρας Friesius Hist. phil. I 93, Roseus De Aristotel. libr. ord. p. 72.

Damasc. π. ἀρχ. p. 384 K. (Eudemi fr. CXVII Sp. ed. II) Φερεκύδης δ' ὁ Σύριος Ζάντα μὲν εἶναι ἀεὶ καὶ Χρόνον καὶ Χθονίαν τὰς τρεῖς πρώτας ἀρχάς, τὴν μίαν φημὶ πρὸ τῶν δυοῖν καὶ τὰς δύο μετὰ τὴν μίαν. τὸν δὲ Χρόνον ποιῆσαι ἐκ τοῦ γόνου αὐτοῦ πῦρ καὶ πνεῦμα καὶ ὕδωρ τὴν τριπλῆν οἶμαι φύσιν τοῦ νοητοῦ· ἐξ ὧν ἐν πέντε μυχοῖς διῃρημένων πολλὴν ἄλλην γενεὰν συστῆναι θεῶν, τὴν πεντέμυχον καλουμένην, ταὐτὸν δὲ ἴσως εἰπεῖν πεντέκοσμον.

Cf. Heitzium *Strassburger Abhandlungen zur Philosophie* in honorem Zelleri 1884 p. 19. ζᾶντα Marc.: ζῶντα Kopp.: Ζῆν τε C. O. Muellerus *Gött. Gel. Anz.* 1829, 400. | μένεναι Marc. | Χθόνον Kopp. | αὐτοῦ ego cf. infra: ἑαυτοῦ libri: ἑαυτοῦ ante γόνου transp. Mullachius | ἄλλην deest ap. Koppium | πεντέμυχον Marc. cf. Koppii adnot.: παντέμυχον Monac.: πεντέμψυχον Koppius (ex Hambg.?) | τὴν ante πεντέκοσμον Kopp.

Aristot. Metaph. N 4, 1091 b 4 οἱ δὲ ποιηταὶ οἱ ἀρχαῖοι ταύτῃ ὁμοίως, ᾗ βασιλεύειν καὶ ἄρχειν φασὶν οὐ τοὺς πρώτους, οἷον νύκτα καὶ οὐρανὸν ἢ χάος ἢ ὠκεανόν, ἀλλὰ τὸν Δία. οὐ μὴν ἀλλὰ τούτοις μὲν διὰ τὸ μεταβάλλειν τοὺς ἄρχοντας τῶν ὄντων συμβαίνει τοιαῦτα λέγειν, ἐπεὶ οἵ γε μεμιγμένοι αὐτῶν [καὶ] (del. Bonitzius in comm. 586) τῷ μὴ μυθικῶς ἅπαντα λέγειν, οἷον Φερεκύδης καὶ ἕτεροί τινες, τὸ γεννῆσαν πρῶτον ἄριστον τιθέασι .... Probus ad Virg. Buc. p. 20, 30 K. 'Consentit et Pherecydes, sed diversa adfert elementa: Ζῆνα inquit καὶ Χθόνα καὶ Κρόνον, ignem et terram et tempus significans, et esse aethera, qui regat, terram, quae regatur, tempus, in quo universa pars moderetur'. Hermias Irris. gentil. philos. 12 (Doxogr. 654, 7) Φερεκύδης μὲν ἀρχὰς εἶναι λέγων Ζῆνα καὶ Χθονίην καὶ Κρόνον· Ζῆνα μὲν τὸν αἰθέρα, Χθονίην δὲ τὴν

γῆν, Κρόνον δὲ τὸν χρόνον. ὁ μὲν αἰθὴρ τὸ ποιοῦν, ἡ δὲ γῆ τὸ πάσχον, ὁ δὲ χρόνος ἐν ᾧ τὰ γινόμενα. ζηλοτυπία τοίνυν τῶν γερόντων πρὸς ἀλλήλους. Maxim. Tyr. diss. X p. 174 Rsk. cf. supra p. 84. Ioannes Lydus de mens. p. 150 Roeth. *καὶ τὸν μὲν ἵππον προςέφερεν ὁ ὕπατος τῷ Διί (καὶ γὰρ Ἥλιος αὐτὸς κατὰ Φερεκύδην)....* Herod. *π. καθολ. προςῳδ. ιδ* I p. 402, 7 L. (cf. *π. μονηρ. λέξ α* II 911, 7 L.) *Ζὴς παρὰ Φερεκύδει κατὰ κίνησιν ἰδίαν,* Eustath. ad Odyss. p. 1387 cf. Prellerum p. 352. — Paulum differunt a Pherecydis verbis ap. Laertium Diogenem asservatis Sext. Emp. Pyrrh. Hyp. *Γ* 30 p. 126, 9 Bekk. *Φερεκύδης μὲν γὰρ ὁ Σύριος γῆν εἶπε τὴν πάντων εἶναι ἀρχήν* cf. eundem *πρὸς φυσ. Α* 360 p. 461, 24 B. Galen. Hist. phil. 18 (Doxogr. 610, 11) *Φερεκύδης μὲν ὁ Ἀσσύριος γῆν εἶναι ταύτην ἐνόμισε.....* Epiphan. adv. Haeres. III 7 (Doxogr. 590, 7) *Φερεκύδης καὶ αὐτὸς γῆν φησι πρὸ πάντων γεγενῆσθαι.* Multum aberrant a vero schol. Hes. theog. v. 116 (Flachii *Glossen und Scholien* p. 220) *καὶ Φερεκύδης δὲ ὁ Σύρος καὶ Θαλῆς ὁ Μιλήσιος ἀρχὴν τῶν ὅλων τὸ ὕδωρ φασὶν εἶναι, τὸ ῥητὸν τὸ τοῦ Ἡσιόδου ἀναλαβόντες,* Achilles Isagog. in Arati Phaenom. (Uranologium Petavii p. 125 E) *Θαλῆς δὲ ὁ Μιλήσιος καὶ Φερεκύδης ὁ Σύρος ἀρχὴν τῶν ὅλων τὸ ὕδωρ ὑφιστῶσιν. ὃ δὴ καὶ Χάος καλεῖ ὁ Φερεκύδης, ὡς εἰκός, τοῦτο ἐκλεξάμενος παρὰ τοῦ Ἡσιόδου οὕτω λέγοντος· ἤτοι μὲν πρώτιστα Χάος γένετο. παρὰ γὰρ τὸ χεῖσθαι ὑπολαμβάνει τὸ ὕδωρ χάος ὠνομάσθαι,* Tzetz. ad Lyc. Alex. 145 *Πολυχρονίαν δὲ καὶ παλαιὰν τὴν θάλασσαν λέγει διὰ τὸ πρῶτον εἶναι στοιχεῖον κατὰ Φερεκύδην καὶ Θαλῆν,* Favorin. Venet. 1801 p. 175 s. v. *δήναιαν θάλασσαν: διὰ τὸ πρῶτον εἶναι στοιχεῖον, κατὰ Φερεκύδην καὶ Θαλῆ.*

II

Procl. Plat. Tim. 156 A p. 368 Schn. *εἰκότως ἄρα φιλίας ἐστιν αἴτιος* (Amor) *τοῖς δημιουργήμασι καὶ ὁμολογίας. καὶ ἴσως πρὸς τοῦτο ἀποβλέπων καὶ ὁ Φερεκύδης ἔλεγεν εἰς Ἔρωτα μεταβεβλῆσθαι τὸν Δία, μέλλοντα δημιουργεῖν, ὅτι δὴ τὸν*

κόσμον ἐκ τῶν ἐναντίων συνιστὰς εἰς ὁμολογίαν καὶ φιλίαν ἤγαγε καὶ ταὐτότητα πᾶσιν ἐνέσπειρε καὶ ἕνωσιν τὴν δι' ὅλων διήκουσαν. Cf. Maxim. Tyr. l. l.

III

Celsus ap. Orig. c. Cels. VI p. 303 Spencer. *θεῖόν τινα πόλεμον αἰνίττεσθαι τοὺς παλαιούς, Ἡράκλειτον μὲν λέγοντα ὧδε . . . . . Φερεκύδην δὲ πολλῷ ἀρχαιότερον γινόμενον Ἡρακλείτου, μυθοποιεῖν στρατείαν στρατείᾳ παρατατομένην, καὶ τῆς μὲν ἡγεμόνα Κρόνον διδόναι, τῆς ἑτέρας δὲ Ὀφιονέα, προκλήσεις τε καὶ ἁμίλλας αὐτῶν ἱστορεῖν· συνθήκας τε αὐτοῖς γίγνεσθαι, ἵν' ὁπότεροι αὐτῶν εἰς τὸν Ὠγηνὸν ἐμπέσωσι, τούτους μὲν εἶναι νενικημένους, τοὺς δ' ἐξώσαντας καὶ νικήσαντας τούτους ἔχειν τὸν οὐρανόν.*

μυθοποιίαν codd. Spencer. | *ἀποδιδόναι* Prellerus | *ἱστορεῖ* Prellerus | *αὐτῶν* post *ὁπότεροι* om. vulgo, extat ap. Spenc.

Cf. Orig. c. Cels. VI p. 304 Sp.

Philo Bybl. ap. Euseb. Praep. Ev. I 10 p. 51, 28 Dind. *παρὰ Φοινίκων δὲ καὶ Φερεκύδης λαβὼν τὰς ἀφορμὰς ἐθεολόγησε περὶ τοῦ παρ' αὐτῷ λεγομένου Ὀφίονος θεοῦ καὶ τῶν Ὀφιονιδῶν, περὶ ὧν αὖθις λέξομεν.* Tertullianus de corona 7 (Mignei Patr. Lat. II 85 p. 105) 'Saturnum Pherecydes ante omnes refert coronatum, Iovem Diodorus post devictos Titanas [hoc munere a ceteris honoratum]'. De Ogeno cf. Hesych. s. v. *Ὠγενίδαι* Preller. p. 355 cf. fr. IV. — *Ὠγηνὸν* scribendum esse testatur Herodian. cath. pros. *Z* I 181, 27 L.

IV

Clem. Al. strom. VI 2, 9 (III 130 Dind.) *Φερεκύδης ὁ Σύριος λέγει: Ζὰς ποιεῖ φᾶρος μέγα τε καὶ καλὸν καὶ ἐν αὐτῷ ποικίλλει γῆν καὶ Ὠγηνὸν καὶ τὰ Ὠγηνοῦ δώματα.* Idem VI 6,53 (III 168 D.) sec. Isidorum Basilidis filium *καὶ γάρ μοι δοκεῖ τοὺς προσποιουμένους φιλοσοφεῖν, ἵνα μάθωσι τί ἐστιν ἡ ὑπόπτερος δρῦς καὶ τὸ ἐπ' αὐτῇ*

πεποικιλμένον φᾶρος, πάντα ὅσα Φερεκύδης ἀλλογορήσας ἐθεολόγησεν λαβὼν ἀπὸ τῆς τοῦ Χὰμ προφητείας. Cf. Maxim. Tyrium l. l.

Ὠγηνοῦ νάματα Prellerus: Ὤγενον καὶ τὰ τῶν θεῶν δώματα Wakefieldus.

V

Porphyrius de antr. Nymph. c. 31 p. 77, 11 Nauck. Πανταχοῦ τοίνυν τοῦ διθύρου φύσεως ὄντος συμβόλου, εἰκότως καὶ τὸ ἄντρον οὐ μονόθυρον, ἀλλὰ δύο ἔχον θύρας ὡσαύτως τοῖς πράγμασιν ἐξηλλαγμένας, καὶ τὰς μὲν θεοῖς τε καὶ τοῖς ἀγαθοῖς προσηκούσας, τὰς δὲ τοῖς θνητοῖς καὶ φαυλοτέροις. ἀφ' ὧν καὶ Πλάτων ὁρμώμενος οἷδε καὶ αὐτὸς κρατῆρας, καὶ ἀντὶ τῶν ἀμφιφορέων λαμβάνει πίθους καὶ δύο στόμια, ὡς ἔφαμεν, τῶν δύο πυλῶν, καὶ τοῦ Συρίου Φερεκύδου μυχοὺς καὶ βόθρους καὶ ἄντρα καὶ θύρας καὶ πύλας λέγοντος καὶ διὰ τούτων αἰνιττομένου τὰς τῶν ψυχῶν γενέσεις καὶ ἀπογενέσεις.

VI

Celsus ap. Orig. VI p. 304 Sp. ταῦτα δὲ τὰ Ὁμήρου ἔπη οὕτω νοηθέντα τὸν Φερεκύδην φησὶν εἰρηκέναι τό: Κείνης δὲ τῆς μοίρης ἔνερθέν ἐστιν ἡ Ταρταρίη μοῖρα· φυλάσσουσι δ' αὐτὴν θυγατέρες Βορέω Ἅρπυιαί τε καὶ Θύελλα, ἔνθα Ζὰς (sive Ζὴς) ἐκβάλλει θεῶν ὅταν τις ἐξυβρίσῃ.

Dialectum restitui: μοίρας, βορέου, ζεὺς codd.

VII

Laertius Diogenes I 119 (Φερεκύδης) ἔλεγέ τε ὅτι οἱ θεοὶ τὴν τράπεζαν θυωρὸν καλοῦσιν. Suidas s. v. θυωρός. κυρίως ἡ ἱερὰ τράπεζα· ἔλεγε Φερεκύδης ὅτι οἱ θεοὶ τὴν τράπεζαν θυωρὸν καλοῦσι.

VIII

Herodian. π. καθ. προσῳδ. ιε I p. 405, 5 L. Τὰ εἰς ῃ μονοσύλλαβα ἐκ συναιρέσεως περισπᾶται, μόνη δὲ ἡ γῆ κοινὴ

συνήθης, τὸ γὰρ Ῥῆ ἡ Ῥέα ἴδιόν ἐστι τοῦ Συρίου καὶ οὐ πᾶσιν ἴσως ἢ καὶ Ἀττικοῖς γνωστόν. Cf. *π. μονηρ. λεξ. α* II p. 911, 22 L.

IX

Schol. Apollon. Rhod. I 645 p. 339 K. *Φερεκύδης δέ φησιν ὅτι δῶρον εἶχε παρὰ τοῦ Ἑρμοῦ ὁ Αἰθαλίδης τὸ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ποτὲ μὲν ἐν Ἅιδου, ποτὲ δὲ ἐν τοῖς ὑπὲρ τὴν γῆν τόποις εἶναι.*

Tatian. orat. c. Graec. c. 25 *Πυθαγόρας Εὔφορβος γεγενῆσθαί φησιν καὶ τοῦ Φερεκύδου δόγματος κληρονόμος ἐστίν.* Suidas s. v. *Φερεκύδης καὶ πρῶτον τὸν περὶ τῆς μετεμψυχώσεως λόγον εἰςηγήσασθαι.* Tertullianus De anima c. 28 (Patrol. Lat. ed Migne tom. II p. 740): 'Quomodo credam non mentiri Pythagoram, qui mentitur ut credam? Quomodo mihi persuadebit Aethalidem et Euphorbum et Pyrrhum piscatorem et Hermotimum se retro ante Pythagoram fuisse, ut persuadeat vivos ex mortuis effici, qui iterum se Pythagoram peieravit? . . . . Sed clypeum Euphorbi olim Delphis consecratnm recognovit, et suum dixit, et de signis vulgo ignotis probavit. Respice ad hypogeum eius et si capit, crede . . . . Scimus etiam magiae licere explorandis occultis, per Catobolicos et Paredros et Pythonicos spiritus. Non enim et Pherecydes Pythagorae magister his forsan artibus divinabat, ne dicam somniabat? Quid si idem daemon in illo fuit, qui et in Euphorbo res sanguinis gessit.' Cf. c. 2 (p. 690 Migne) 31 (p. 744 M.) 34 (p. 751 M.).

X

Cicero Tusc. I 16, 38: Quod literis extet, Pherecydes Syrius primum dixit animos esse hominum sempiternos, antiquus sane. Lactant. Instit. Div. VII 7 p. 79 Fr.: Immortales esse animas Pherecydes et Plato disputaverunt. Augustin. c. Acad. III c. 17: Pythagoras autem graeca philosophia non contentus, quae tunc aut paene nulla erat, aut certe occultissima, post quam commotus Pherecydae cuiusdam Syri disputationibus, immortalem esse animum credidit,

multos sapientes etiam longe lateque peregrinatus audierat. Idem ep. 137 c. 12: .... quis nunc extremus idiota, vel quae abiecta muliercula non credit animae immortalitatem vitamque post mortem futuram? Quod apud Graecos olim primus Pherecydes Assyrius cum disputasset .... Martianus Capella de nupt. Philolog. et Mercurii II 142 p. 41 Eyssenhardt.: Tunc Philologia ex aromate praeparato acerraque propria Athanasiae primitus supplicavit matrique eius gratiam multa litatione persolvit, quod nec Vedium cum uxore conspexerit sicut suadebat Etruria, nec Eumenidas et Chaldaea miracula formidarit, nec igne usserit nec lympha subluerit nec animae simulacrum Syri cuiusdam dogmate verberarit....

XI

Apollon. de pron. p. 82 C Bekk. (p. 65, 15 Schneider) *καὶ Φερεκύδης ἐν τῇ Θεολογίᾳ, καὶ ἔτι Δημόκριτος ἐν τοῖς Περὶ ἀστρονομίας καὶ ἐν τοῖς ὑπολειπομένοις συντάγμασι συνεχέστερον χρῶνται τῇ ἐμεῦ καὶ ἔτι τῇ ἐμέο.*

XII

Apollon. de pron. p. 118 B. Bekk. (p. 92, 20 Schn.) *Αἱ πληθυντικαὶ [καὶ] κοινολεκτοῦνται κατ' εὐθεῖαν πρός τε Ἰώνων καὶ Ἀττικῶν, ἡμεῖς, ὑμεῖς, σφεῖς. ἔστι πιστώσασθαι καὶ τὸ ἀδιαίρετον τῆς εὐθείας παρ' Ἴωσιν ἐκ τῶν περὶ Δημόκριτον, Φερεκύδην, Ἑκαταῖον.*

δὲ post *ἔστι* Prellerus: *καὶ* antea inserebat Skrzeczka | *καὶ Ἴωσιν* Prellerus.

Quo tempore vixerit Pherecydes Syrius qui Pythagorae magister fuisse dicitur (cf. infra) incertum est nec prorsus accurate eius aetas hodie definiri potest, cum praesertim iam veterum opiniones de hac re dissentiant. Attamen una res nuper a Dielesio detecta certa esse videtur: Pentemychon post Anaximandri librum περὶ φύσεως divulgatum conscriptam esse ἡ ὑπόπτερος δρῦς (Clem. Alex. VI 6, 53 fr. IV) demonstrat cf. Dielesium l. l. [62]). Adde sermonis antiquitatem in fragmentis conspicuam qua Theopompus adductus videtur esse, ut Pherecydem primum Graecorum de natura ac deis librum composuisse profiteretur (L. D. I 116 τοῦτον πρῶτον περὶ φύσεως καὶ θεῶν Ἕλλησι γράψαι cf. Dielesium l. l.). Eorum igitur numero qui primi oratione prosa usi sunt certe adnumerandus est. Haec etsi in universum cum eis consentiunt quae e veterum testimoniis Conradus p. 14 enucleavit: 'Vixit igitur cum Thalete et Anaximandro, sed fuit natu minor, vixitque idem cum Onomacrito Orphicorum principe ac duce, sed hoc fuit maior', tamen ab hac opinione paulum declinabis, si poesis Orphicae vestigia in Pentemycho perspexeris [63]).

Ac primum de titulo cosmogoniae Pherecydeae quaedam praemonere liceat; nam iam hic pro certo statui potest Prellerum p. 351 ex Eudemi apud Dam. verbis p. 170 Speng. πολλὴν ἄλλην γενεὰν συστῆναι θεῶν, τὴν πεντέμυχον καλουμένην rectissime collegisse Πεντέμυχον non Ἑπτάμυχον ut apud Suidam s. v. Φερεκύδης legitur verum libri titulum

---

[62]) De libri Pherecydei obscuritate Heraclitea cf. Sturzium p. 25.

[63]) Cf. Gruppium l. l. p. 654.

fuisse. Qui quomodo intellegendus sit infra exponemus; sed utrum iam saeculo sexto notus fuerit an posterius ex libri argumento inventus sit diiudicari nequit. Goettlingius autem putat *θεολογίαν* genuinum libri titulum fuisse quo Pherecydis Pentemychon significatam esse ex Apollonio de pronom. p. 82 C certe elucet. Erravit igitur Carolus Muellerus, cum F. H. Gr. I p. XXXV apud Suidam s. v. *Φερεκύδης: ἔστι δὲ Θεολογία ἐν βιβλίοις δέκα* mutaret in *ἔστι δὲ Θεογονία ἐν βιβλίοις δέκα* atque haec verba ad Pherecydis Atheniensis theogoniam pertinentia a Suida male adiecta esse censeret; nam et *θεολογία* et *θεογονία* Pherecydis liber dici potest sicut omnium illius aetatis theologorum libri. Atque quod idem liber *θεοκρασία* a Suida dicitur, inde cum Odofredo Muellero Lit. gr. I [4] 391 adn. 1 concludi potest ut apud Orphicos Ceres cum Rhea (Lobeck. 614 cf. infra) in Epimenidis theogonia cum Harpyiis Hesperides confunduntur (cf. p. 76) ita similia in Pentemycho inveniri nec deest unum exemplum quo haec res accurate explicetur cf. infra.

Ad theogoniae argumentum accessuri ordiamur ut par est ab Aristotelis testimonio. Non multa sed multum de Pherecyde legimus Metaph. N 4 p. 1091 [b] 4: *οἱ δὲ ποιηταὶ οἱ ἀρχαῖοι ταύτῃ ὁμοίως, ᾗ βασιλεύειν καὶ ἄρχειν φασὶν οὐ τοὺς πρώτους, οἷον νύκτα καὶ οὐρανὸν ἢ χάος ἢ ὠκεανόν, ἀλλὰ τὸν Δία. οὐ μὴν ἀλλὰ τούτοις μὲν διὰ τὸ μεταβάλλειν τοὺς ἄρχοντας τῶν ὄντων συμβαίνει τοιαῦτα λέγειν, ἐπεὶ οἵ γε μεμιγμένοι αὐτῶν τῷ μὴ μυθικῶς ἅπαντα λέγειν, οἷον Φερεκύδης καὶ ἕτεροί τινες, τὸ γεννῆσαν πρῶτον ἄριστον τιθέασι . . . .*

Pherecydes igitur ab Aristotele in numero habetur eorum qui medii sunt inter poetas et philosophos, qui principium omnium rerum optimum esse censuerunt. Primus autem Conradus p. 18 ss. intellexit, quae vis his Stagiritae verbis attribuenda esset. Optimum illud ad quod omne principium referendum est Iovem significari nemo ignorat. Non ineptum mihi videtur esse Orphicorum afferre versus longe conclamatissimos:

Ζεὺς πρῶτος γένετο, Ζεὺς ὕστατος ἀρχικέραυνος,
Ζεὺς κεφαλή, Ζεὺς μέσσα, Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται,

cf. supra p. 18. 35 ss.

Aristotelis autem de Pherecyde testimonium Syrii verba ipsa probant ap. L. D. I 119 (fr. I) *Ζὰς*[64]) *μὲν καὶ Χρόνος ἦσαν ἀεὶ καὶ Χθονίη· Χθονίῃ δὲ ὄνομα ἐγένετο Γῆ, ἐπειδὴ αὐτῇ Ζὰς γῆν γέρας διδοῖ* cf. Dielesium l. l. et infra. Impeditiora autem sunt quae de Pentemychi initio Dam. p. 384 ex Eudemi quodam libro refert: *Φερεκύδης δ' ὁ Σύριος*

---

[64]) *Ζὰς* librorum auctoritate confirmatur cf. Dielesium l. l. qui hac forma offensus est haud intellegens, quomodo forma Dorica *Ζὰς* in dialecto Ionica iuxta formam *Ζῆς* ab Herodiano Probo Hermia (fr. I) confirmatam explicari possit. Sed forsitan ea se recte habeant quae mecum communicavit P. Kretschmerus sodalis: 'Graeci ex antiquissimis temporibus duo habebant summi dei nomina, quae non radicibus, sed suffixis inter se differebant: *Ζεύς* ex **Ζ-ηυ-ς* et *Ζᾶνς* ex **Ζ-ᾱν-ς* (cf. lat. Iānus, Abl. Iane) exortum; quae hoc modo flectebantur:

I *Ζεύς*	II *Ζᾶνς*	Plur. *Ζᾶνες* (eliac.)
Ζῆν	*Ζᾶνα* (cf. cret. *Τᾶνα*)	
ΔιϜός	*Ζᾱνός*	
ΔιϜί	*Ζᾱνί* (cf. lac. *Ζανί*)	

Ex *Ζῆν* et *Ζᾶνα* compluribus in dialectis novus accusativus *Ζῆνα* (cf. cret. *Δῆνα, Τῆνα, Τιῆνα;* Pind. *Ζῆνα*) mixtus est, a quo aliorum quoque casuum nova flexio (gen. *Ζηνός*, dat. *Ζηνί*, nom. *Ζής*) proficiscebatur. — In ionica autem dialecto cum — *ᾱνς* in — *ᾱς* et *ᾱ* in *η* transiret, altera (II) flexio ita mutanda erat:

Ζᾱ́ς (Pherecyd.)
Ζῆνα
Ζηνός } Homer.
Ζηνί

Ergo *Ζᾱ́ς* apud Pherecydem exspectanda atque postulanda est forma, *Ζής* — si ab eo scripta est — per analogiam ficta. Alia autem flexio quae apud illum scriptorem inveniri videtur: *Ζᾱ́ς Ζάντα* (non *Ζᾶντα!*) *Ζάντος Ζάντι* exemplo participiorum ut *βᾱ́ς βάντα βάντος βάντι* adducta est.' — Cf. Collitzium in Bezzenbergeri *Beiträge zur Kunde der indogermanischen Sprachen* X p. 51 ss. Hinc elucet, utramque formam in Pherecyde explicari posse, at utramque quomodo simul adhibere potuerit, nescio.

Ζάνια μὲν εἶναι ἀεὶ καὶ Χρόνον καὶ Χθονίαν, τὰς τρεῖς πρώτας ἀρχάς, τὴν μίαν φημὶ πρὸ τῶν δυοῖν καὶ τὰς δύο μετὰ τὴν μίαν. Mirum est quod Sturzius p. 42 sub principio ante reliqua orto tempus intellegendum esse censet. Primum enim refellitur haec opinio vel eis quae Aristoteles de Pherecyde dicit; nullo enim modo fieri potest ut Chronus *τὸ γεννῆσαν πρῶτον ἄριστον* ab Aristotele dicatur; nam hic deus, de quo infra fusius dicemus, nec *πρῶτος* nec *γεννήσας* neque *ἄριστος* est. Tum Damascii ipsa verba hanc *τῆς μιᾶς ἀρχῆς* interpretationem non admittunt, si accurate premis verba *Ζάντα καὶ Χρόνον καὶ Χθονίαν τὴν μίαν πρὸ τῶν δυοῖν καὶ τὰς δύο μετὰ τὴν μίαν.* Confirmatur igitur hoc Damascii loco testimonium Aristoteleum, largiora autem haurimus ex Hermiae quodam loco cuius de Irris. omn. gentil. egit Dielesius in Doxogr. 295 qui nonnulla ab Hermia tradita maximi esse pretii demonstravit. Hermias autem habet haec (Irris. gentil. phil. c. 12 Doxogr. 654, 12, 7): *Φερεκύδης μὲν ἀρχὰς εἶναι λέγων Ζῆνα καὶ Χθονίην καὶ Κρόνον· Ζῆνα μὲν τὸν αἰθέρα, Χθονίην δὲ τὴν γῆν, Κρόνον δὲ τὸν χρόνον· ὁ μὲν αἰθὴρ τὸ ποιοῦν, ἡ δὲ γῆ τὸ πάσχον, ὁ δὲ χρόνος ἐν ᾧ τὰ γινόμενα. ζηλοτυπία τοίνυν τῶν γερόντων πρὸς ἀλλήλους.* Iovem igitur aethera esse docemur, quod cum Iovis natura 'de qua Conradum secutus dixi' maxime consentit nec dubito quin idem vir doctus ex ipsa huius principii appellatione Hermiae explicationem profectam esse recte iudicaverit. Iupiter est vis agens per quam omnia virent ac vigent. Quod Ioannes Lydus de mensibus IV p. 150 R. Pherecydis Iovem solem esse dicit, non pugnat cum hac explicatione. Sed Pherecydem ipsum Solem praecipue Iovis vim continentem sibi finxisse, ut Conrado quidem videtur, negem nec Sophoclis fr. 796 *Ἥλιος ἐποικτείρειέ με ὃν σοφοὶ λέγουσι γεννητὴν θεῶν καὶ πατέρα πάντων* ad Pherecydem spectare putem; nam haec sententia abhorret prorsus ab Pherecydis Iove, cuius vim genetricem soli inesse interpretes posteriores censuerunt. Si Sophoclis illud certo cuidam philosopho (*σοφῷ*) vindicare velis, Heracliti facile tibi in mentem veniat cf. Preller-

Robertum I [4] 38 adn. 3 [65]). Ioannis autem Lydi sententia de Pherecydis Iove unde orta sit cognosces, si studiorum astronomicorum Pherecydis memineris L. D. I 119 σῴζεται δὲ καὶ ἡλιοτρόπιον ἐν Σύρᾳ τῇ νήσῳ cf. Sturzium p. 32 s. Parum autem attribuit Hermiae illi loco Zellerus I [4] 73 adn. 1, cum verba ὁ μὲν αἰθὴρ τὸ ποιοῦν, ἡ δὲ γῆ τὸ πάσχον ad Stoicos referre non dubitavit, nam nihil ex terminis τοῦ ποιοῦντος et τοῦ πάσχοντος colligi potest, quia a posterioribus omnium sectarum philosophis adhiberi solent cf. Dielesium in Doxographorum indice s. v. ποιεῖν.

Transgrediamur nunc ad Probum qui ad Virg. Eclog. VI 31 p. 20 s. Keil. haec habet: 'Consentit et Pherecydes, sed diversa adfert elementa: Ζῆνα inquit καὶ Χθόνα καὶ Κρόνον, ignem et terram et tempus significans, et esse aethera, qui regat, terram, quae regatur, tempus, in quo universa pars moderetur'. Quem locum quam non recte alii explicuerint Conradus l. l. 16 praeclare demonstravit.

Quartum vero testimonium de Pherecydis Iove ex mea quidem sententia longe gravissimum extat in Procli commentario ad Plat. Tim. p. 156 A p. 368 Schn. (fr. II): καὶ ὁ Φερεκύδης ἔλεγεν εἰς Ἔρωτα μεταβεβλῆσθαι τὸν Δία, μέλλοντα δημιουργεῖν, ὅτι δὴ τὸν κόσμον ἐκ τῶν ἐναντίων συνιστὰς εἰς ὁμολογίαν καὶ φιλίαν ἤγαγε καὶ ταὐτότητα πᾶσιν ἐνέσπειρε καὶ ἕνωσιν τὴν δι' ὅλων διήκουσαν. Quem locum non ad

---

[65]) Mayerus *Giganten und Titanen* 73 adn. 49 Saturnum his verbis significari opinatur, sed quae hic vir doctus de Saturni cum Sole necessitudine exposuit nullo modo mihi probari possunt. — Spectat forsitan ad Pherecydem Euripides cum in Chrysippo (fr. 836 N.) dicit:

Γαῖα μεγίστη καὶ Διὸς Αἰθήρ,
ὁ μὲν ἀνθρώπων καὶ θεῶν γενέτωρ,
ἡ δ' ὑγροβόλους σταγόνας νοτίας
παραδεξαμένη τίκτει θνητούς
τίκτει δὲ βορὰν φυλά τε θηρῶν,

praesertim cum de immortalitate animarum quam Pherecydes primus docuisse dicitur (cf. autem Zellerum I [4] 55 adn. 4 et 5) apud Euripidem quaedam sequantur. De Chrono quidem nihil, sed confer Maximum Tyrium (diss. X 174 Rsk.) ἀλλὰ καὶ τοῦ Συρίου τὴν ποίησιν σκόπει καὶ τὸν Ζῆνα καὶ τὴν Χθονίην καὶ τὸν ἐν τούτοις Ἔρωτα κτλ.

Atheniensis sed ad Syrii theogoniam (cf. Sturzium p. 44 adn.) spectare e Maximo Tyrio (*καὶ τὸν ἐν τούτοις Ἔρωτα* [cf. adn. 65]) elucet. Ergo hic quoque philosophus Iovem vim genetricem, quae omnia coniunxerit servaverit auxerit esse probat. Hic autem Hesiodi commemorandi locus est. Nam in theogonia v. 120 ss. legimus:

Ἔρος, ὃς κάλλιστος ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι
λυσιμελὴς πάντων τε θεῶν πάντων τ' ἀνθρώπων
δαμνᾷ τ' [66]) *ἐν στήθεσσι νόον καὶ ἐπίφρονα βουλήν.*

Hunc Hesiodi locum omnes theologi secuti sunt, qui postea de Cupidine cosmogonico cecinerunt; sed monendum est ea quae ille paulo obscurius de Cupidine dicit ab Orphicis longe superata esse; nam didicisti ex eis quae in capite primo exposuimus, in eorum theogonia Cupidini summos tribui honores atque ut Pherecydem in eis quae de Iove in Cupidinem transformato professus est Orphicos secutum esse putem eis maxime adducor, quae post Phanetis cataposin in Rhapsodiis legebantur. Pro omnibus hoc affero Procli testimonium in Alcib. III p. 88 (Abel fr. 71 cf. 123): *ἐν γὰρ τῷ Διὶ ὁ Ἔρως ἐστί· καὶ γὰρ Μῆτίς ἐστι πρῶτος γενέτωρ καὶ Ἔρως πολυτερπής, καὶ ὁ Ἔρως πρόεισιν ἐκ τοῦ Διὸς καὶ συνυπέστη τῷ Διὶ πρώτως ἐν τοῖς νοητοῖς· ἐκεῖ γὰρ ὁ Ζεὺς ὁ πανόπτης ἐστὶ καὶ ἁβρὸς Ἔρως, ὡς Ὀρφεύς φησιν.*

Quomodo autem Iupiter terram ac mare effecerit elucet ex Pherecydis fragmento IV: *Ζὰς ποιεῖ φᾶρος μέγα τε καὶ καλὸν καὶ ἐν αὐτῷ ποικίλλει γῆν καὶ Ὠγηνὸν καὶ τὰ Ὠγηνοῦ δώματα* Clem. Alex. VI 2, 9. Spectat huc quoque Clem. VI 6, 53 (sec. Isidorum Basilidis filium): *καὶ γάρ μοι δοκεῖ τοὺς προςποιουμένους φιλοσοφεῖν, ἵνα μάθωσι τί ἐστιν ἡ ὑπόπτερος δρῦς καὶ τὸ ἐπ' αὐτῇ πεποικιλμένον φᾶρος, πάντα ὅσα Φερεκύδης ἀλλογορήσας ἐθεολόγησεν λαβὼν ἀπὸ τῆς τοῦ Χὰμ*

---

[66]) *δάμναται* codd. praeter Vatican. 915 (O ap. Rzachium) qui habet *δάμνα τε; δάμναται* extat etiam in papyro Achmîm ab Udalrico Wilckenio nuper edito (Acta acad. Boruss. 1887 p. 812). Sed cum Salvinio et God. Hermanno *δαμνᾷ τε* legendum est, cf. Hippolyt. philos. c. 26 Doxogr. 575, 5.

προφητείας. Quae verba quinam intellegenda sint in universum non consentiunt viri docti cf. Zellerum I [4] 72 adn. 3 (cf. supra p. 91). Sed addo similem textrinam in Orphicorum theogonia (Abel fr. 211) a Proserpina fieri cf. Lobeckium 550, qui hoc quidem loco paulo acrius in Neoplatonicos invehitur. Eodem spectat hic Damascii locus ineditus (cod. Marciani f. 349 [v]) *πρὸς μὲν τοίνυν τὸ πρῶτον ἐροῦμεν ὅτι τῶν θεολόγων, οἱ μὲν ἀπὸ τῆς θείας ὁρμώμενοι παραδόσεως ἀρχικὴν καλοῦσι ταύτην τὴν διακόσμησιν· ὁ δὲ μέγας Ἰάμβλιχος ἡγεμονικὴν αὐτὴν ἀνευφημεῖ . . . . ἤδη δὲ οἱ νεώτεροι καὶ ἀφομοιωτικὴν αὐτὴν κεκλήκασιν, ἴσως μὲν ἀπὸ τῆς παρ' Ὀρφεῖ κοσμικῆς ὑπερκοσμίου πεπλοποιίας ὁρμηθέντες, ἐν ᾗ τὰ μιμήματα τῶν νοερῶν ἐνυφαίνεται.* Neque hoc omittendum est, quod ferebatur apud veteres Orphei quoddam carmen *πέπλος* inscriptum cf. Lobeckium 379 [67]).

Iam mittamus Iovem, ut ad exordium a Laertio Diogene servatum regrediamur. Initio praeter Iovem esse *Χρόνον* ac *Χθονίην* dicit. Iam Is. Casaubonus in notis ad Diogenis locum pro *Χρόνον* scribendum esse *Κρόνον* censuit. Secutus est eum cum Prellero Conradus qui num recte faciant vehementer dubito; nam tantum Hermiae verbis *Κρόνον δὲ τὸν χρόνον* tribuere nequeo ut in Diogenis textu *Κρόνον* legendum esse censeam (cf. Overbeckium in Comment. soc. Saxon. 1865 p. 69). Imprimis autem me prohibet Orphicorum ille *Χρόνος* quominus cum Casaubono Prellero Conrado faciam. Nam ex Orphicis in theogonia Pherecydea Chronum petitum esse concedes, si cum eis quae Damascius de Chrono Pherecydeo profitetur *τὸν δὲ Χρόνον ποιῆσαι ἐκ τοῦ γόνου ἑαυτοῦ* (leg. *αὐτοῦ* id est Iovis cf. p. 98) *πῦρ καὶ πνεῦμα καὶ ὕδωρ* Orphei versum contuleris qui extat in schol. Apollon. Rhod. III 26 (fr. 67 Abel.)

αὐτὰρ Ἔρωτα Χρόνος καὶ πνεύματα πάντα τέκνωσε [68]),

---

[67]) Cf. E. Luebberti commentationem de Pindaro supra citatam p. 10.

[68]) *παντ' ἐτέκνωσε* liber Laurentianus. Cf. Goebelium De correptione Attica quaestiones duae Bonnae 1876 p. 10.

quem versum ab Odofredo Muellero Lit. gr. I [4] 394 adn. 1 non recte explicatum esse iam hic Damascii locus satis docet [69]). Cave autem nimis virium Chrono tribueris id quod Damascium fecisse viri docti contendunt. Pherecydes enim, si Neoplatonicum sequimur, Chronum ex suo semine (*ἐκ τοῦ γόνου ἑαυτοῦ*) ignem ventum aquam fecisse censuit. Si haec sine corruptela sunt, omnia, quae de Iovis natura statuimus, concidunt. Nam Chronum *ἄρσιον πρῶτον γεννήσαντα* nullo modo significari posse iam dixi, qui esset, si ex suo semine ignem ventum aquam effecisset. At Damascii locum si coniectura lenissima temptare liceat, nulla difficultate impediri video. Pro *ἐκ τοῦ γόνου ἑαυτοῦ* ponas *ἐκ τοῦ γόνου αὐτοῦ*, quod grammatices quoque ratione flagitatur; nam Mullachii (F.Ph.Gr.III 289) transpositionem *ἐκ τοῦ ἑαυτοῦ γόνου* ineptam esse intellegis. Ergo *αὐτοῦ* quod emendavimus Iovem significat. Ex semine principis dei per Chronum i. e. temporum decursu omnia in lucem eduntur, sic ipsa Pherecydis doctrina illustratur et Pentemychi cum Rhapsodiis maior fit consensus. Chronus enim in Orphicorum theogonia nihil ipse gignit, contexit ovum ex aethere Chao Erebo, quod probat versus Dam. 147 fr. 53 Abel:

ἔπειτα δ' ἔτευξε μέγας Χρόνος αἰθέρι δίῳ
ὠεον ἀργύφεον.

Addit autem scite Neoplatonicus *τὸ γὰρ ἔτευξε δηλοῖ τὸ τεχνητὸν ἀλλ' οὐ γέννημα.* Cf. supra p. 10. 27. 33.

Ergo cum Iupiter primus generavisset, Chronus ea quae ex Iove orta sunt ad perfectionem perduxit. Qua causa Tertullianum adductum esse arbitror ut de coron. mil. 7 Saturnum Pherecydeum ante omnes coronatum poneret. Iamvero a quo Chronus hanc victoriam reportaverit nobis

[69]) Cur Gruppius p. 655 contenderit, si eius sententiam recte intellexi, Pherecydis Chronum ex Hieronymi theogonia petitum esse *(dagegen schliesst sich das, was über Chronos gesagt wird, an diejenige Theogonie an, welche Damaskios als die nach Hieronymos und Hellanikos bezeichnete)*, non perspicio.

quaerendum est. Respondet nobis hic Origenis locus VI p. 303 Sp. (fr. III): *θεῖόν τινα πόλεμον αἰνίττεσθαι τοὺς παλαιούς, Ἡράκλειτον μὲν λέγοντα ὧδε .... Φερεκύδην δὲ πολλῷ ἀρχαιότερον γινόμενον Ἡρακλείτου, μυθοποιεῖν στρατείαν στρατείᾳ παραταττομένην, καὶ τῆς μὲν ἡγεμόνα Κρόνον διδόναι, τῆς ἑτέρας δὲ Ὀφιονέα, προκλήσεις τε καὶ ἀμίλλας αὐτῶν ἱστορεῖν· συνθήκας τε αὐτοῖς γίνεσθαι, ἵν' ὁπότεροι αὐτῶν εἰς τὸν Ὠγηνὸν ἐμπέσωσι, τούτους μὲν εἶναι νενικημένους, τοὺς δ' ἐξώσαντας καὶ νικήσαντας τούτους ἔχειν τὸν οὐρανόν.* Cf. Maxim. Tyrium l. l. *καὶ τὴν Ὀφιονέως γένεσιν καὶ τὴν θεῶν μάχην.* De Chrono autem non de Saturno hic agitur, ex eis enim quae de Iovis natura monuimus elucet Saturni Pherecydem ne mentionem quidem fecisse, quia ante Iovem nihil sit ortum; de Iovis igitur patre non cogitari potest.

Quamquam ex Origenis loco dubitari nequit, quin Chronus in pugna quam cum Ophioneo inierat victor extiterit, attamen de Ophioneo magna dissensio exorta est. Ut de Iove ipso Pherecydis viri docti ante Conradi egregiam commentationem opinionem certe falsam habebant, sic Ophionei figuram mire interpretati sunt. Omnes illas explicationes ut silentio praeteream ratio monet. Quae autem ex Apollonio Rhodio Argonaut. I 503 conclusa sunt, ea ne speciem quidem veritatis habent cf. p. 60 s. Itaque C. Robertus cum in nova editione Myth. gr. Prelleri ea quae ap. Prellerum p. 34 extant minime mutaret recte fecisse mihi quidem non videtur; confido me eis quae de Iove Conradum secutus supra dixi demonstravisse, titanomachiae locum in Pherecydis theologia non esse. Eandem ob causam reiicienda est Prelleri sententia de Pseudo-Eratosth. catasterism. c. 39 (p. 182 Rob.), ubi de *θυτηρίῳ* legimus: *τοῦτό ἐστιν, ἐν ᾧ πρῶτον οἱ θεοὶ τὴν συνωμοσίαν ἔθεντο, ὅτε ἐπὶ Κρόνον ὁ Ζεὺς ἐστράτευσεν.* Quae verba si cum Prellero ad Pherecydem Syrium refers, titanomachiae in Pentemycho locus datus est atque omnia diluuntur quae de *πρώτῳ ἀρίστῳ* exposuit Aristoteles. Porro monendum est *θυτήριον* non plane idem esse ac *θυωρόν*,

quem a Pherecyde commemoratum esse Diogenes I 119 et Suidas s. v. *θνωρὸς* testes sunt.

Quid de Ophioneo Chroni adversario statuendum sit, docet Hesiodus poesis theogonicae pater. Legimus apud eum v. 820 ss.

> *Αὐτὰρ ἐπεὶ Τιτῆνας ἀπ' οὐρανοῦ ἐξέλασεν Ζεύς,*
> *ὁπλότατον τέκε παῖδα Τυφωέα Γαῖα πελώρη*
> *Ταρτάρου ἐν φιλότητι διὰ χρυσέην Ἀφροδίτην κτλ.*

Neque aliud de Ophioneo cogitandum esse nomen illius monstri probat. Typhoeum enim in sexti saeculi arte iam pedibus anguineis praeditum esse vas Chalcidense (Gerhardii *Auserlesene Vasenbilder* III 237) ostendit; nam cum E. Kuhnertus in Roscheri lexico mythologico p. 1670 ss. de Gigante nec de Typhoeo cogitandum esse statuit egregie lapsus est cf. Loeschckium *Boreas und Oreithyia am Kypseloskasten* Dorpati 1886 p. 10 adn. 29, Mayerum l. l. 275 ss. Quid de Typhoeo vel Typhone iudicandum sit, in aperto est ac satis est ea perlegere quae de hac mythologiae figura Prellerus ipse eiusque commentatores disseruerunt; cf. Mayerum l. l. 135 ss. Nam ex mea quidem sententia dubitari nequit quin *Τυφὼς* (*Τυφωεὺς Τυφῶν Τυφάων*) a verbo *τύφω* derivandum sit atque hac mythologiae figura terrae aestus et ignis significentur. Neque alia ac de Homeri Hesiodi Aeschyli Typhone de Pherecydis Ophioneo dici possunt, quem terrae partum esse serpens qui nomine significatur demonstrat cf. Mayerum l. l. 234 ss.

Tertium principium a quo Pentemychus orditur Chthonia est, nam pro *Χθὼν ἦν* scribendum esse *Χθονίη* elucet. Quae enim de Chthonis et Chthoniae discrimine Conradus acute exposuit, ea omnia verborum ordine refelluntur. Quis mente non praeoccupata e verbis Laertii ut antea vulgabantur: *Ζεὺς μὲν καὶ Χρόνος εἰς ἀεὶ καὶ Χθὼν ἦν· Χθονίῃ δὲ ὄνομα ἐγένετο γῇ, ἐπειδὴ αὐτῇ Ζεὺς γέρας διδοῖ* legere poterit interesse aliquid inter Chthonem ac Chthoniam? Quamquam Conradus Chthonem cum Chao confundens Sexti Empirici (Pyrrh. Hypoth. *Γ* 30 p. 126, 9 Bekk. cf. Zellerum I [4] 75

adn. 2) sententiam, qui terram materiam primariam in Pherecydis cosmogonia statuit, aliorum qui Syrium cum Thalete aquam principium posuisse dixerunt facillime explicari posse iure dicit, tamen hac una causa res quam infirmissima non sustentatur. Praeterea post Dielesii commentationem de hoc Diogenis loco nullus reliquus est scrupulus. *Χθονίη* igitur apud Diogenem in utroque loco ponenda est. Iam Casaubono in mentem venit illius Empedoclis versus (393 Stein):

ἔνθ' ἦσαν Χθονίη τε καὶ Ἠλιόπη ἰανοῶπις,

cui addere liceat Musaei versum a Lobeckio Paralip. 318 egregie emendatum:

Λύτίκα δὲ Χθονίης φωνὴ πινυτὸν φάτο μῦθον

qui ap. Kinkelium fr. 1 vehementer corruptus legitur. Atque considerandum est nomine *Χθονίης* fere semper Cererem vocari id quod Conradum p. 27 minime fugit. Cf. Godofr. Hermannum ad Eur. Hecub. v. 70, Prelleri *Demeter und Persephone* p. 15 ss., Preller-Plewium I 643 ss., Bursiani Geogr. gr. II 97. Cf. etiam IGA. 47. 48, CIG. 1195. Nec dubito quin hoc quoque loco de Cerere sit cogitandum. Nam regrediamur ad Hesiodi theogoniam in qua v. 912

Λὐτὰρ ὁ Δήμητρος πολυφόρβης ἐς λέχος ἦλθεν

de Iove dictum est. Cum *Δήμητρος* nomine respondent quam maxime verba quae sequuntur ap. Diogenem *Χθονίη δὲ ὄνομα ἐγένετο Γῆ, ἐπειδὴ αὐτῇ Ζὰς γῆν γέρας διδοῖ. Χθονίη* igitur *γῆ παμμήτειρα* facta est. Cf. etiam inscriptionem Myconi in insula repertam *Bulletin de correspond. hell.* VII 398 (Foucart): *Δωδεκάτει Διονύσωι Δηνεῖ ἐτήσιον ὑπὲρ καρπῶν Διὶ Χθονίωι Γῆι Χθονίηι δερτὰ μέλανα ἐτήσια.* Concurrunt autem hoc quoque loco nobis Orphici, cf. locos quos Lobeckius 537 collegit, adde Philodemum *π. ε.* 12. 79, 23 ss. de Chrysippo, Mannhardtii *Mythologische Forschungen* p. 241.

Quid autem *γέρας* illud sit quod Iupiter Chthoniae dat non dubium est postquam Dielesius l. l. apud Laertium D. *γῆν* ante *γέρας* scribendum esse docuit, neque coniecturas a viris doctis olim prolatas refellere necesse est.

Paulum subsistamus, ut quae de Pentemycho adhuc statuimus, comprehendamus. Iupiter Chronus Chthonia omnium rerum principia sunt. Ex semine Iovis in Cupidinem transformati Chronus ignem ventum aquam facit; Ophioneo et Ophionidis victis a Iove corona cingitur. Chthoniae autem a Iove terra datur quamobrem Terra dicitur.

Iamiam ut quae de theogoniae Pherecydeae progressu concludi possunt videamus, ad Damascium redeundum est. Addit enim eis quae de Chrono dixit: *ἐξ ὧν* (sc. *πυρὸς καὶ πνεύματος καὶ ὕδατος*) *ἐν πέντε μυχοῖς διῃρημένων πολλὴν γενεὰν συστῆναι θεῶν τὴν πεντέμυχον καλουμένην*. Quid sit *ἡ πεντέμυχος* non facile explicari potest ac lubrica via coniectandi patet. Id mihi e locis qui de *πενταμύχῳ* agunt negandum esse videtur Pherecydem elementis Empedocleis praelusisse. Plus e fragmento V concludendum est: *καὶ τοῦ Συρίου Φερεκύδου μυχοὺς καὶ βόθρους καὶ ἄντρα καὶ θύρας καὶ πύλας λέγοντος καὶ διὰ τούτων αἰνιττομένου τὰς τῶν ψυχῶν γενέσεις καὶ ἀπογενέσεις*. Cui non in mentem venit Cebetis personati tabulae? Nam cum constet Damascium multa ex Eudemo sumpsisse quae cum ad Homerum Hesiodum Acusilaum tum ad Pherecydem alios attinent, nonne facile conici potest Cebetem illum theologorum veterum libros inspexisse cum praesertim Pentemycho Celsum etiamtum usum esse verisimile sit (cf. Prellerum p. 351)? Certiora autem quam adhuc licuit, de quinque *μυχοῖς* statui possunt, si theologiae Pherecydeae vestigia in Aeschyli Prometheo diligenter scrutatus eris. Quare de hac fabula quaedam moneamus.

Th. Bergkius in tomo secundo Historiae litterarum gr., quanta auctoritas Pherecydis apud posteros fuerit, primus intellexisse mihi quidem videtur. Sed ea quae p. 426 de Nonno legimus parum probata esse R. Volkmannus in illius operis recensione *Zeitschrift für das Gymnasialwesen* 1885 p. 157 monuit neque aliud de necessitudine quadam Pherecydis et Apollonii Rhodii iudicari posse iam dixi. Optimo autem iure Aeschyli Prometheus arcessitus est. Attamen cautio adhibenda est ne praepropere agas. Nam si recte

dicta sunt quae de Iove exposuimus, Bergkium III 325 parum feliciter illum Promethei versum (956 s.)

οὐκ ἐκ τῶνδ' ἐγὼ
δισσοὺς τυράννους ἐκπεσόντας ᾐσθόμην;

ad Pherecydis Ophioneum rettulisse apparet. Nec minus falso totius theologiae Syrii summam Bergkius in Prometheo invenisse sibi videtur (nam Aeschyli fabula abhorret prorsus ab illius doctrina, qui initio omnium rerum summum deum ponit), sed nonnulla Aeschylum Syrio debere verisimillimum est. Pherecydem autem in theologia sua Promethei mentionem fecisse, ut Bergkio III 327 adn. 136 videtur, ex eis quae apud Origen. adv. Cels. VI p. 304 Sp. de *Ταρταρίῃ μοίρῃ* legimus, minime elucet. Mihi quidem duo tantum loci in quibus vestigia theogoniae Pherecydeae extare apparet occurrerunt.

Ex Pherecyde tradita sunt fabulosa illa *Ὠγηνοῦ δώματα* [70]) quae Prellerum in *γάμματα* falso mutasse arbitror. Absurda autem est sententia a Iacobio prolata in libello: *Über die Fragmente des Pherekydes bei den Kirchenvätern* (Gothae) 1850 [71]). Postquam enim causis futtilibus eorum opinionem refellere conatus est qui *Ὠγηνὸν* eundem esse atque *Ὠκεανὸν* statuunt, Phoenicum libris sacris adhibitis *Ὠγηνὸν* Orcum esse contendit. Qua explicatione id solum cognoscere potes, qua soleat vagari etymologorum libido. Immo nihil verisimilius, nihil certius est eorum sententia qui *Ὠγηνὸν* eundem esse atque *Ὠκεανὸν* statuerunt, ita ut Aeschylum arcessere non dubitem. Memineris velim Oceani qui antro marino relicto Prometheum vinctum adiuturus adest. Maximi momenti sunt illi tres versus:

---

[70]) De Oceano Ogeno Ogyge Preller-Robert I [4] 31 adn. 2, de verbis *ὠκεάνιος* et *ὠγύγιος* Meinekius Anall. Alex. p. 264 et Wilamowitzius in Homericis p. 16 s.

[71]) Hunc libellum cum in bibliothecis Berolini ac Gottingae frustra quaesivissem, mihi ex bibl. Univ. Lips. Maximilianus Heinzeus, cuius ego a pueritia benevolentia usus sum, misit.

v. 133

κτύπου γὰρ ἀχὼ χάλυβος διῆξεν ἄντρου μυχόν.

v. 300

ἐπώνυμόν τε ῥεῦμα καὶ πετρηρεφῆ
αὐτόκτιτ' ἄντρα.

v. 395

ἄσμενος δέ τἂν
σιαθμοῖς ἐν οἰκείοισι κάμψειεν γόνυ.

Si his cum versibus ea conferes quae extant apud Porphyrium l. l. (fr. V): *καὶ τοῦ Συρίου Φερεκύδου μυχοὺς καὶ βόθρους καὶ ἄντρα καὶ θύρας καὶ πύλας λέγοντος* .... tibi perspicua erunt omnia. Et conferendi sunt hi Simmiae versus in Amoris Alis 11 s. de Cupidine cosmogonico:

εἶκε δέ μοι γαῖα θαλάσσας τε μυχοὶ χάλκεος οὐρανός τε
τῶν ἐγὼ ἐκνοσφισάμαν ὠγύγιον σκᾶπτρον ἔκρινον δὲ
θεοῖς θέμιστας.

Cf. Haeberlini Carmina figurata Graeca p. 20.

Secundum quoque Pentemychi recessum ex Aeschylo accire non dubito. Audi enim Prom. v. 222 ss.

ἐμαῖς δὲ βουλαῖς Ταρτάρου μελαμβαθὴς
κευθμὼν καλύπτει τὸν παλαιγενῆ Κρόνον·
αὐτοῖσι συμμάχοισιν

et v. 435

κελαινὸς δ' Ἅιδος ὑποβρέμει μυχὸς γᾶς.

Conferenda enim sunt Pherecydis verba ipsa ap. Origenem l. l. (fr. VI): *Κείνης δὲ τῆς μοίρης ἔνερθέν ἐστιν ἡ Ταρταρίη μοῖρα· φυλάσσουσι δ' αὐτὴν θυγατέρες Βορέω Ἅρπυιαί τε καὶ Θύελλα, ἔνθα Ζὰς* (sive *Ζῆς*) *ἐκβάλλει θεῶν ὅταν τις ἐξυβρίσῃ.* At quaerendum est quid sit *κείνη μοῖρα* quam si invenerimus tertium habebimus *μυχόν*. Nec spes nos fallit, nam terrae (Chthoniae) *μυχὸν* esse *κείνην μοῖραν ἧς ἔνερθεν Τάρταρα* sunt apparebit, si memineris versuum 720 s. Hesiodi theogoniae:

τόσσον ἔνερθ' ὑπὸ γῆς, ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης·
ἶσον γάρ τ' ἀπὸ γῆς ἐς Τάρταρον ἠερόεντα.

Cf. Hom. Θ 13. 481 Schoemannum op. ac. II 320 ss. Hesiod. Theog. (1868) p. 87, Diltheyum Mus. Rhen. XXVII 409, in diario archaeologico XXXI 93, A. Meyerum De comp. theog. Hesiod. p. 67 ss. Chr. Schererum in Roscheri lex. myth. p. 1781 s. v. *Hades*.

Atque etiam quartum et quintum Pentemychi recessum nos investigaturos esse speramus. Adeamus enim Damascium qui l. l. praeter aquam πῦρ καὶ πνεῦμα commemorat, unde ἡ πεντέμυχος καλουμένη facta sit. Quartus recessus ex igne factus Iovi (i. e. αἰθέρι sec. Probum et Hermiam) tribuendus est, quae sententia magna ex parte confirmatur illo Lydi loco ubi de Sole dicitur cf. supra p. 94. Atque quintus aera comprehendisse videtur; nam posterioris temporis philosophos πνεῦμα et ἀέρα confudisse scis ac satis est Doxographorum indicem s. v. πνεῦμα inspicere. Occurrunt nobis hoc quoque loco Orphici, nam legis ap. Procl. Tim. 95 D p. 224 Schn. de Phanete:

ταῦτα πατὴρ ποίησε κατὰ σπέος ἠεροειδὲς

cf. supra p. 15. Forsitan Anaximenis doctrina Pherecydi ante oculos obversata est cum proprium aeris recessum statuit. Cf. caput II de Epimenidis aere. Ac scite monet me Dielesius illorum theogoniae Orphei versuum, quibus potentia Iovis omnia in se complexi illustratur, fr. 123 Ab. v. 9 s.

ἐν δὲ δέμας βασίλειον, ἐν ᾧ τάδε πάντα κικλεῖται,
πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γαῖα καὶ αἰθὴρ . . . .

v. 31 s.

πυμάτη δὲ βάσις χθονὸς ἔνδοθι ῥίζαι
τάρταρα τ' εὐρώεντα καὶ ἔσχατα πείρατα γαίης.

De βόθροις autem καὶ ἄντροις καὶ θύραις καὶ πύλαις probabilia proferre nequeo, sed quae de Cebetis tabula monui his vestigiis apud Aeschylum repertis illustrari haud negaverim. Ac τῶν ψυχῶν γενέσεις καὶ ἀπογενέσεις et apud Pherecydem et apud Cebetem.

Sed redeamus ad Aeschylum, nam vestigium theogoniae Pherecydeae quod modo deteximus non solum in Prometheo invenitur. Iam Bergkius versus 205 et 210 assumpsit, ut Aeschylum Pentemycho usum esse demonstraret. Sed quid vestigii in versu 205 sit, me non videre fateor. Rectissime autem versus 210 allatus est:

καὶ Γαῖα πολλῶν ὀνομάτων μορφὴ μία.

Facile enim memineris *Χθονίης* — de Chthone supra dixi — *Γῆς* et *Ῥῆς*. Nam Rheae a Pherecyde mentionem factam esse testatur fragmentum VIII. Neque in hac re Orphicorum vestigia Pherecydem pressisse quidquam obstat cur arbitremur cf. supra p. 101.

Denique de fragmento IX pauca monenda sunt, quia illum scholiastae Apollonii locum, quem vulgo Pherecydis Lerii libro attribuunt (cf. Sturzium p. 208), primus Pentemycho adscripsi. Meliore enim ratione Syrio vindicandus est, quia et cum eis quae fr. X (p. 89) collegi maxime consentit et tum ea facile explicantur quae de Pythagora Pherecydis Syrii discipulo multae perhibent fabulae (cf. Sturzium p. 7 s., Zellerum I [4] 72 adn. 1). Nam multi extant loci qui Pythagoram olim sub Aethalidae persona vixisse tradunt cf. praeter Zellerum I [4] 286 adn. 2 Luebberti commentationem supra citatam p. 14. Si iam Pherecydes eadem in Pentemycho professus est, patet Aethalidae nomen ex Pherecyde in fabulam Pythagoream migrasse ac facile explicatur illius fabulae origo, qua Pherecydes et Pythagoras artissime inter se coniunguntur.

INDEX CAPITUM.

I DE THEOGONIIS ORPHICIS 1—61

De primae partis argumento . . . . . 1—2
De Rhapsodiarum initio, de Neoplatonicorum triadibus . . 2—19
De Schusteri rationibus . . . . . 19—20
De Phanete . . . . . 21—28
De Hieronymi theogonia Orphica . . . . . 28—35
Rhapsodias saeculo quarto notas fuisse . . . . . 35—39
De Zagrei fabula . . . . . 39—40
De Platonis Orphicorum memoria . . . . . 40—48
De Aristophanis Avium cosmogonia . . . . . 48—50
De Orphicorum apud Pythagoram Xenophanem alios vestigiis 50—53
De Eudemi theogonia Orphica . . . . . 53—57
De Apollonii Rhodii theogonia Orphica . . . . . 57—61

II DE EPIMENIDIS THEOGONIA 62—82

Fragmenta . . . . . 62—66
De theogoniae Epimenideae exordio . . . . . 67—73
De ceteris fragmentis . . . . . 73—79
De Epimenidis aetate . . . . . 80—82

III DE PHERECYDIS PENTEMYCHO 83—106

Fragmenta . . . . . 83—90
De Pherecydis aetate 91
De Pentemychi titulo et exordio . . . . . 91—102
De Pentemychi indole . . . . . 102—106